δὲ 133r καὶ τὸ ὑγίανεν καὶ τὸ ὑγιανεῖ οὐ ῥῆμα, ἀλλὰ πτῶσις τοῦ ῥήματος. [85]
P. Verbum autem vocat id | quod significat tempus praesens; id autem
[86] quod significat tempus praeteritum et illud, quod futurum, non vocat
verbum sed casum verbi. *A.* τὰ δὲ τὸν πέριξ χρόνον. *P.* Pro praeterito 16 b 18
et futuro dicit. *A.* [87] αὐτὰ μὲν οὖν καθ' ἑαυτὰ λεγόμενα τὰ ῥήματα ὀνόματά 16 b 19
ἐστι καὶ σημαίνει τι. *P.* Vult | dicere, significare verba aliquid ut nomina,
et hôc simile esse verbum nominis et ideo nomina vocat verba. Omne
enim significans quod est secundum consensum, nomina [88] vocare solent.
Nomen igitur dicitur id, quod definitum est a nobis supra, atque omnis
dictio significativa. *A.* ἵστησι γὰρ ὁ λέγων τὴν διάνοιαν, καὶ ὁ ἀκούσας 16 b 20
ἠρέμησεν. *P.* Vult | expedire [κατασκευάζειν], significare verbum aliquid.
[89] Hoc autem expedit per responsionem eius qui interrogatus est. Nam
si interrogatur quis: ‚Quid agis?' et responsum reddit: ‚ambulo', is
qui audivit, intellexit et tacuit. Sin autem non significasset ei aliquid,
non tacuisset. Ergo significat aliquid verbum. *A.* ἀλλ' εἰ ἔστιν ἢ μή, 16 b 21
οὔπω | τι sic σημαίνει. *P.* Hoc autem ait: verba quidem significare ali-
quid, non autem falsum aut verum dicere ipsa per sese. Hoc enim est,
quod dicit [90] ἀλλ' εἰ ἔστιν ἢ μή. Illud enim ἔστιν ἢ μή pro ἀληθεύει ἢ
μὴ ἀληθεύει positum est. — Atque dubitant: [91] Is qui interrogatur et re-
sponsum reddit solum per verbum vel ‚scribit' | vel ‚ambulat' aut verum
77,1 aut falsum asserit. Iam igitur verbum per se | verum aut falsum
asserere. — Et respondemus ad hoc, id propterea verum aut falsum
dicere, quod intelligitur in verbo sive ‚is' sive ‚hic' sive ‚quidam' neque
vero umquam verum aut falsum dicere, praeterquam quod intelligatur
sive 133v cum ‚hic' sive ‚ille' [ὁ] sive ‚quidam'. Et iterum | haesitant,
cur ne de nomine quidem quaesierit, utrum aut verum aut falsum dicat?
— Et respondemus: Nomen neminem exspectare, verum aut falsum signi-
ficare. ‚Lapis' enim nec verum nec falsum significat; verbum autem
exspectatur aut verum aut falsum dicere, quia trahit secum unum eorum
quae dicta sunt. [92] Et propterea apud verba potius | hoc commemoravit.
Aliter autem: [93] quia in prooemio de nomine dixit, non verum neque etiam
falsum asserere. Dixit [94] enim hircocervum significare quidem aliquid,
non vero verum aut falsum dicere. Cum vero primo de nomine quae-

16b 22 reret, non opus habuit[95] in definitione ipsius id commemorare. *A.* *οὐδὲ γὰρ τὸ εἶναι ἢ μὴ | εἶναι σημεῖόν ἐστι τοῦ πράγματος.* *P.* Vult expedire, 77, 18 [96] verbum per sese nec verum nec falsum asserere. Et dixit: Illud verbum, quod est *πρωτότυπον*, ipsum per se non significat aliquid tale, h. e. veritatem aut falsitatem. Illud enim ‚est‘ non verum aut falsum dicit. Si enim ipsa verba primitiva non | significant veritatem aut falsitatem, adparet, etiam non cetera illa. Primitiva autem adpellantur *τὸ* ‚est‘ et *τὸ* ‚non est‘; quia omne verbum cum participio suo iis dissolvitur e. gr. Socrates ambulaт. Socrates ambulans est. Ecce hoc ambulat dissolvitur eo quod dicit ‚ambulans est‘. Participium[97] enim | vocant grammatici *τὸ* ‚ambulans‘. Particeps enim est *τοῦ* ‚ambulavit‘. Et porro ‚Socrates currit‘ resolvitur eo quod dicit: ‚Socrates currens est‘, et hîc denuo *τὸ* drâheт quod dicitur cum dâlaϑ participium vocant. Est autem participium illius verbi quod dicit ‚currit‘ (râheт). Sicut igitur *τοῦ* ‚Socrates ambulat‘ *τὸ* ‚ambulat‘ | dissolvitur eo quod dicit ‚ambulans est‘, [ita] quoque ‚currit‘ (râheт) eo quod dicit [134r] ‚currens est‘. Dicunt autem: Ut est participium *τὸ* ambulans currens, cum dâlaϑ dicta, ita etiam omnia verba possunt dissolvi eodem modo cum participiis suis in ‚est‘, ut: Socrates gaudet, Socrates gaudens est. | Socrates sedet, Socrates sedens est. Et apud cetera item. — | Praestat 78, 1 ergo *τὸ* ‚est‘ magis quam ‚ambulat‘ et ‚currit‘ et ‚gaudet‘ et ‚sedet‘ et ‚dormit‘ et quam cetera illa verba; quoniam omnia eo resolvuntur tamquam in commune aliquid. Si igitur *τὸ* ‚est‘, quod praestat omnibus verbis, non significat veritatem et falsitatem, adparet, | ne ea quidem

16b 23 verba, quae hôc minora sunt [significare etc.]. *A.* *οὐδ' ἐὰν τὸ ὂν εἴπῃς ψιλὸν αὐτὸ καθ' ἑαυτό.* *P.* Dicit: Nec si ‚est‘ dicas nude, signum est rei. Hoc enim positum est supra et oportet nos id assumere etiam hic communiter. Quid autem rei signum esset, diximus | supra. Sed oportet scire nos, quid sit, quod dicit: *οὐδ' ἐὰν τὸ ἔστιν εἴπῃς ψιλόν.* *Πρωτότυπον*[98] verbi supra dixit verbum id quod sonat ‚est‘, quod est Graece ‚estin‘, quod dicit non significare veritatem aut falsitatem. Nunc autem dicit: ‚Ne si dicis quidem *τὸ ὂν* nude per sese‘. Hoc | autem ‚ens‘ non illud verbum primitivum est. Verbum enim primitivum ‚estin‘ est Graece, et propterea verbum est. Hoc autem praesens ‚on‘ est Graece, quod nomen est, a quo ducitur hoc ‚estin‘ ut[99] ab ܚܝܐ (vixit) ܚܝ (vivus). Ergo id quod hîc dicit ‚ens‘, nomen est a quo ducitur illud | ‚est‘, quod verbum primitivum est, quod diximus Graece esse ‚estin‘. Praestantius autem ‚on‘ quam ‚estin‘, quia ‚estin‘

ab ,on' ducitur, ut praestat ܚܝܐ (vixit) τῷ ܚܝ (vivus). Praestat enim unumquodque, a quo aliquid ducitur, ei quod ab eo ducitur. Ita 78.25 igitur praestat illi verbo primitivo id, quod nunc dixit ,ens'. Expedivit | autem, hoc verbum primitivum non significare veritatem aut falsitatem. 134v Nunc autem vult expedire, non solum hoc verbum primitivum non significare verum aut falsum, sed ne ,ens' quidem illud, a quo ducitur [primitivum], quod adpellatur Graece ,on'. Si igitur ne ,on' quidem significat verum aut falsum, ergo ne verbum primitivum quidem, id quod ab eo | ducitur. Sin autem verbum primitivum non significat, ne unum quidem verborum significat; propterea quod minora sunt eo, ut supra dictum est. *A.* *αὐτὸ μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι.* *P.* Rursus communiter 16 b 24 debemus accipere id quod supra positum est, h. e. illud: *σημεῖόν ἐστι τοῦ πράγματος.* Illo autem [100] ,id nihil significare', non illud, id nihil | omnino significare dixit; sed [potius] verum aut falsum non significare. 79, 1 | *A.* *προσσημαίνει δὲ σύνθεσίν τινα, ἣν ἄνευ τῶν συγκειμένων οὐκ ἔστι* 16 b 24 *νοῆσαι.* *P.* Hoc est, quod dicit: Significat compositionem quandam, quando cum alio una coniunctum est. Compositionem autem sine compositis non licet percipere h. e. [sine] nomine et verbo compositis.

De oratione Aristoteles dicit.

Λόγος ἐστὶ φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην, ἧς τῶν μερῶν τι σημαντικόν ἐστι 16 b 26 *κεχωρισμένον, ὡς φάσις, ἀλλ' οὐχ ὡς κατάφασις.* ***Probus dicit.*** Et quaeritur,[101] cur, sicut orationem | hîc tertio loco definivit post nomen et verbum, non tertio loco eam in initio libri posuerit, sed sexto? Et respondemus: Ne putaretur ea quae grammaticorum [sunt] definire velle. His enim h. e. grammaticis de oratione et partibus eius studium est. Ut distingueret igitur suam orationem, eam, de qua disputaturus esset, ab oratione illa | eorum, propterea praeposuit *κατάφασιν* et *ἀπόφασιν*, ut per haec nomina, quae non usitata sunt, excluderet etiam orationem eam, quae usitata apud eos est. — Dicunt autem: Est definitio orationis: vox significativa cuius partium est aliqua significans separata ut dictio, sed non ut affirmatio. — | Et dubitant quidam: Cur non dixit *κατὰ συνθήκην*?[102] Et respondent iis: Quia omne significans voce pronuntiatur, et omne, quod pronuntiatur, scribitur, omne autem quod scribitur *κατὰ συνθήκην* est: [propterea] eo quod significantem dixit orationem continetur etiam illud *κατὰ συνθήκην*. — Sed respondetur iis: Secundum hanc sententiam oportuerat eum etiam de | nomine et verbo, cum diceret ,significans', non dicere *κατὰ συνθήκην*. At non omne significans *κατὰ συνθήκην* [est], ut indicavit etiam ipse supra. Dixit enim: Significant

16a28 etiam voces non scriptae ut latratus canis. — Porro soluunt alii ita: Si dixisset κατὰ συνθήκην, dubitatio de eo exstitisset ideo, quod facultati | vocis quae in nobis [est] naturali [103a] etiam organum ipsius naturale est. Organum autem facultatis vocis naturalis in nobis oratio est. Oratio igitur naturalis est, ac non κατὰ συνθήκην. — At respondetur iis: [103b] organum facultatis naturalis, quae in nobis [est] vocis, non orationem esse, sed arteriam et labra et linguam. Haec autem naturaliter sunt; | oratio autem opus eorum. Opus autem facultatum naturalium potest | esse κατὰ συνθήκην. Saltatio [103c] autem sive [corr.] ὀρχηστύς, quae est κατὰ συνθήκην, opus est facultatis naturalis in nobis. — Ac porro dicunt alii: Quoniam [104] oratio e nomine et verbo composita est, haec autem secundum consensum sunt, adparet, etiam orationem secundum consensum esse. | Et propterea non addidit secundum consensum. Et respondetur iis: Secundum hanc sententiam ne ‚significans' quidem eum ponere debiturum fuisse. Quia enim e nomine et verbo constat oratio, haec autem voces sunt significativae, non igitur debuerat eam dicere significantem. — Attamen respondemus ad hanc dubitationem: Eo quod posuit ἧς τῶν μερῶν | τι σημαντικόν ἐστι κεχωρισμένον etiam illud κατὰ συνθήκην comprehendit. [105] Omne enim significans cui pars est, quae separata significat aliquid, necessario secundum consensum est. — Ac porro haesitant et aiunt: Cur non dixit eam [orationem] κατὰ χρόνον aut ἄνευ χρόνου? — Et respondemus iis: [106] Si dixisset eam ‚sine tempore', praetermisisset | orationes eas, quae in unaquaque suarum partium significant tempus. [106a] Dicimus enim nos: Ambulare est moveri. Et haec oratio est tempus significans, nec ipsa solum, sed etiam partes eius. ‚Secundum tempus' autem non dixit eam propter orationem eam quae non significat in unaquaque partium suarum tempus, e. gr. Homo | animal est, et iam oratio est, nec vero tempus tota [107] significat, nec item partes eius. — Ac porro dubitant: Cur dixit ὡς φάσις ἀλλ' οὐχ ὡς κατάφασις? Interdum enim etiam ‚affirmatio' est pars orationis. — Et respondemus iis: [108] de oratione simplici esse eius disputationem, non de oratione composita ea cui | affirmatio pars est. Et ‚phasis' vocatur nomen vel verbum quando sunt pars orationis enuntiativae. — Ac porro dubitant: Cum diceret ὡς φάσις [109] cur dixit: οὐχ ὡς κατάφασις, nec dixit, οὐχ ὡς ἀπόφασις? Et respondemus iis: Cum sunt duae res et vult aliquis afferre demonstrationem, ab utra earum | afferre velit, non interest. Atque in hoc reprehensio non est.

16b26 [109a] *A.* λόγος δέ ἐστι φωνὴ σημαντικὴ ἧς τῶν μερῶν τι σημαντικόν ἐστι κεχωρισμένον, ὡς φάσις

ἀλλ᾽ οὐχ ὡς κατάφασις. *P.* ‚Aliquid significans ut dictio‘ dixit, [110] quia
non omnes partes eius significantes sunt ut dictio. Sunt enim ei syl-
81, 1 labae, | quae, si separantur, non sunt significativae. Ὡς φάσις ἀλλ᾽ οὐχ
ὡς κατάφασις vocat vel nomen vel verbum, ea quae sunt partes affir-
mationis aut negationis. *Ar.* λέγω δὲ οἷον ἄνθρωπος σημαίνει μέν τι, 16b 28
ἀλλ᾽ οὐχ εἰ ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν. *Pr.* | Vult dicere, ‚homo‘ aliquid
significare, non autem affirmationem aut negationem. Illud enim
ἔστιν pro affirmatione posuit et illud οὐχ ἔστιν pro negatione. *Ar.* ἀλλ᾽ 16b 29
ἔσται κατάφασις ἢ ἀπόφασις ἐάν τι προστεθῇ. *Pr.* Vult dicere: Quum ad-
ditur ei verbum aliquod, tum aut negatio aut affirmatio est. *Ar.* ἀλλ᾽ 16b 30
οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου συλλαβὴ μία. | *Pr.* Dicit autem: Non, [111] si additur ei
una syllaba (nomini aut verbo [112]), [haec] efficit affirmationem aut nega-
tionem. *Ar.* Ἔστι δὲ λόγος ἅπας μὲν σημαντικός, οὐχ ὡς ὄργανον δέ. 17a 1
Pr. Vult dicere: orationem non esse organum facultatis vocis naturalis
in nobis. Et propterea non est naturalis, ut diximus | supra [113]. *Ar.* ἀλλ᾽ 17a 2
ὥσπερ εἴρηται, κατὰ συνθήκην. 136r *Pr.* ‚Dictum‘ [114] autem ab eo est non
nominatim illud: κατὰ συνθήκην esse orationem, sed per facultatem
[implicite] [115] id dixit eo quod dixit: ‚cuius pars significat ut dictio‘.
Id autem, cui hoc est, κατὰ συνθήκην est. *Ar.* ἀποφαντικὸς δὲ οὐ πᾶς. 17a 2
Probus dicit. [116] Accedit ad definiendum, quid | sit oratio apophantice
et ait, apophanticen esse, in quo verum aut falsum dicere exstet. —
Ac porro, quia de oratione eius disputatio est, vult designare eam
multis et ait: [117] ‚Est oratio apophantice aut ponens aut tollens‘. —
Ac deinceps: [118] ‚apophanticen esse vocem significantem de eo, utrum sit |
aliquid an non sit, secundum temporum divisionem‘. His omnibus vult
designare orationem apophanticen. Ac dicit de ea Porphyrius, [119] genus
eam esse affirmationis et negationis. Nam quoniam oratio apophantice
aut verum aut falsum dicat; affirmatio aut negatio verum aut falsum dicant:
genus esse affirmationis et negationis. Affirmationem autem et negationem
| species esse apophanticae. Alexander autem, [120] respiciens nempe ad
secundam et tertiam definitionem dicit, non esse apophanticen genus.
Dicit enim: Quidquid dividitur, quattuor modis dividitur: — ut genus in
82, 1 species — aut ut species in | individua — aut ut totalitas in partes — aut
ut vox homonyma in diversas significationes, e. gr. vox ‚canis‘ in ‚canem
marinum‘ et ‚canem terrestrem‘. Et quia [121] oratio in significationes
diversas dividitur h. e. in affirmationem et negationem, non genus est. |
Significationes autem diversas esse affirmationem et negationem ac non
esse species, demonstrat hinc, [122] quod non possit species in specie esse.

Non enim erit homo in bove; atqui negatio in affirmatione est.
Propterea non est genus. — Ac respondemus, non esse negationem in
affirmatione, quoniam affirmatio contraria est negationi. Ac si | negatio 82, 10
in affirmatione esset, [135v] ut dixit Alexander, fieri posset, ut esset con-
trarium in contrario κατ᾽ ἐνέργειαν. Sin autem καδδύναμιν dicit esse ne-
gationem in affirmatione, hoc non impedit, quominus sint species affir-
matio[nes?] et negatio[nes?]. — Ac porro dicit [Alexander], [122a] non esse
genus, quia | semper affirmationem praeferat negationi Aristo. — Ac re- 15
spondemus: Minime vero! [123] Ut specie praestantem posuerat eam, ut posi-
tivam, quia positiva praestat negativae, ut anteponit aliquis hominem,
quoad [124] est rationalis, equo; neque, quoad est animal, anteponit eum.
— Ac porro dicit [Alex.], [125] non esse | genus, quia [ἀπόφανσιν Aristoteles] 20
per affirmationem et negationem definiat, genus autem non per ea,
quae sub eo [sunt], definiatur. — Ac respondemus: Non ut definitio est
hoc [= genus], sed [ut] declaranda ex iis, quae sub ipsa [sunt]. Saepe-
numero enim, cum volumus declarare, quale sit animal, dicimus,
e. gr., rationale et irrationale. Attamen, etiam si | sit apophanticae si- 25
militudo cum voce divisa in significationes diversas, ob id, quod dixit
eam affirmare aut negare, non debemus ex una similitudine dicere,
apophanticen vocem esse divisam in significationes diversas. — Postquam
definivit orationem enuntiativam et diximus, quot definitionibus eam
definiverit, caussamque | cur multis eam definiverit, et dubitationes de eo 30
supervenientes et earum solutionem: dicimus, [126] eum tripliciter dividere
orationem enuntiativam. Atque unam divisionem facit respiciens ad ser-
monis relationem, alteram autem, respiciens ad intentionem, aliam autem,
respiciens iterum ad sermonis relationem. — Et facit quidem unam divi-
17a 8 sionem respiciens ad relationem sermonis | sic: ἀποφαντικός ἐστι κατάφασις. 83, 1
16. εἶτα ἀπόφασις ἢ ὁ συνδέσμῳ εἷς. — Ἀπόφασις et κατάφασις posuit pro [or.]
praedicativa, ὁ autem συνδέσμῳ εἷς pro hypothetica h. e. pro suppo-
nenti. Coniunctione [127] enim est una oratio supponens. Coniunctio
autem eius | est ‚si', ut id quod dicit: Si sol supra terra est, dies est. 5
Illud ‚si' enim est coniunctio qua una fit [oratio]. Si enim tollitur
hoc ‚si', duae orationes reperiuntur. Per hanc autem divisionem de-
monstravit, orationem supponentem enuntiativam esse. — Alteram divi-
17a 16 sionem facit ad intentionem respiciens | et ait: λόγος εἷς ἀποφαντικός ἐστι ὁ 10
ἓν δηλῶν. πολλοὶ δὲ ὁ sic πολλὰ ἢ οἱ ἀσύνδετοι. Una igitur [بِم] est quae
unum significat, quando non est aequivoca; quando autem effertur aequi-
voce, orationes multae sunt, e. gr. ‚canis movetur'. Hîc, quia ‚canis'

non unum | significat, sed multa, non una oratio est. Ac porro sunt
orationes multae non coniunctae illae [128] e. gr. Socrates ambulat.
Plato currit. Si enim fit iis coniunctio cum his, una oratio sunt:
Socrates ambulat et Plato currit. Per hoc enim ‚et‘ coniunguntur.
Et si dicit quis: [129] Socrates quidem ambulat, | Plato autem currit, una
coniunctione sunt. Per illud ‚autem‘ enim coniunguntur. Hac
autem divisione docet, quid secundum cogitationem unum et quid multa
[sint]. Aliam [130] autem divisionem facit ad sermonis relationem re-
spiciens: orationem enuntiativam aut simplicem aut compositam esse. —
Dicit autem in textu libri*, definitionem ‚hominis‘ non esse | orationem *17a 11
enuntiativam. — Et haesitant quidam, cur dixerit, definitionem hominis
sine additione temporis [131] non esse orationem enuntiativam? — Ac
respondemus: Ne existimaretur ea propter individuitatem [132] tale quid
esse. Definitionem enim hominis dicentes non dicimus: Homo animal
est, et tacemus ac deinde dicimus | ‚rationalis‘, sed simul dicimus ‚vivus
rationalis‘. — Ac porro dicit in contextu libri: *πᾶς λόγος ἀποφαντικὸς* 17a 10
ἢ ἐκ ῥήματός ἐστιν ἢ ἐκ πτώσεως ῥήματος. Et haesitant quam ob rem non
addiderit: *ἢ ἐκ* [134] *ῥήματος ἀορίστου*. Illud enim ‚Socrates non ambulat‘
verbum infinitum [135] de Socrate | praedicavit. — Et respondemus: Non
est [ita]; sed sublationem verbi effecit, ut Socrati *τὸ* ambulare non
competeret, atque est apophasis h. e. aliquid de aliquo tollens. Sin
autem fuisset verbum infinitum *τὸ* non ambulat, non fuisset negatio
sed affirmatio. Primo enim fit positivum et deinde negativum e. gr.
| dicimus ‚Socrates philosophus est‘ et deinde negativum facimus. Item
igitur, si infinitum verbum hoc: Socrates non ambulat fuisset, positivum
fuisset, quod foret *κατάφασις*, ut didicimus libro. [136] Et haec quidem
protheoria. — *Ar.* *ἀποφαντικὸς δὲ οὐ πᾶς*. *Pr.* Hoc *οὐ πᾶς* dixit, quia 17a 2
supra dixit: | *λόγος ἅπας μὲν σημαντικός*, ut possemus discernere eam [orat.]
ab aliis [137] illis quattuor. Sed [quod attinet ad] id quod dicit, esse
‚apophanticen in eo quod verum aut falsum asserit‘, hoc prima [138]
definitio orationis apophanticae est. *Ar.* *οὐ δὲ ἐν ἅπασιν ὑπάρχει*. 17a 3
Pr. Ut enim diximus: in illis quattuor non est verum aut falsum dicere.
Ar. *Ἔστι δὲ πρῶτος* | *εἷς λόγος ἀποφαντικὸς κατάφασις εἶτα ἀπόφασις ἢ ὁ* 17a 8
συνδέσμῳ εἷς. [139] *Pr.* Hîc primam divisionem dicit: hanc quidem esse ca-
tegoricam, illam autem hypotheticam. Affirmationem enim et negationem
pro categorica posuit [140]. Quia positivum prius est negativo. *Ar.* *οἱ* 17a 9
δ᾽ ἄλλοι πάντες συνδέσμῳ εἷς. *Pr.* Hypothetica enim | coniunctionem habet
e. gr. ‚si‘. *Ar.* *καὶ γὰρ ὁ τοῦ ἀνθρώπου λόγος* [141]. *Pr.* *λόγον* [orationem] 17a 11

17a 13 definitionem eius vocat. *Ar.* δι᾽ ὅ τι δὲ ἕν τι ἐστὶν ἀλλ᾽ οὐ πολλὰ ζῷον πεζὸν δίπουν· [138r] οὐ γὰρ τὸ[142] σύνεγγυς εἰρῆσθαι εἷς ἐστίν sic — ἔστι δὲ τοῦτο ἄλλης πραγματείας εἰπεῖν. *Pr.* Dixit autem hoc: Cur | oratio h. e. definitio ea quam dixit: ‚Animal rationale mortale gradiens' una est nec multa? Alienae tractationis est hoc, cuius caussam in libro Meta-
17a 14 physicorum[143] tradit nobis. *Ar.*[144] οὐ γὰρ τὸ σύνεγγυς [ἅμα proprie] εἰρῆσθαι, διὸ εἷς ἐστίν. *Pr.* Etiam hîc iterum quaerimus cur commemorarit definitionem hominis. | Ac respondemus: Quod[144] sunt ei lexîs [dictiones] multae. Ne quis existimaret vel hanc orationem apophanticen esse, quoniam continenter [συνεχῶς] et unâ diceretur: propterea mentionem
17a 17 de ea fecit. *Ar.* τὸ μὲν οὖν ὄνομα καὶ ῥῆμα φάσις ἔστω μόνον, ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν τι εἰπεῖν οὕτω, δηλοῦντά τι τῇ φωνῇ ὥστε | ἀποφαίνεσθαι ἢ ἐρωτῶντός τινος ἢ μή, ἀλλ᾽ αὐτὸν προαιρούμενον. *Pr.* Id quod ait hoc est: Non potest dici verum aut falsum per φάσιν solum, neque cum interrogatur quis neque cum non interrogatur, sed si sponte sua loquitur. Quisquis[145] enim verum aut | falsum dicit, aut dum percontatur quis sic verum aut falsum dicit, aut sua
17a 20 sponte dicit, nemine ipsum interrogante. *Ar.* τούτων δὲ ἡ ἁπλῆ ἐστὶν ἀπόφανσις οἷον τὶ κατά τινος ἢ τὶ ἀπό τινος. *Pr.* Hîc divisionem tertiam dicit:[146] hanc quidem esse simplicem, illam autem compositam. Eo ipso autem | etiam definitionem secundam enuntiationis indicavit. Ait enim esse enuntiationem aut aliquid de aliquo aut aliquid ab aliquo h. e. aut κατάφασιν aut ἀπόφασιν. Illam autem ex his compositam, orationem compositam
17a 22 esse. *Ar.* ἔστι δὲ ἡ μὲν ἁπλῆ ἀπόφανσις φωνὴ σημαντικὴ περὶ τοῦ ὑπάρχειν τι ἢ μὴ | ὑπάρχειν ὡς οἱ χρόνοι διῄρηνται [proprie: κατὰ χρόνων διαίρεσιν][147]. *Pr.* Hîc porro definitionem tertiam dicit: secundum temporum divisionem.[148] Divisionem autem temporum vocat illud praesens et prae-
17a 25 teritum et futurum. *Ar.* κατάφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος κατά τινος. *Pr.* Hîc affirmationem definit. Dicit autem, esse affirmationem apo-
17a 25 phansin alicuius de aliquo. | *Ar.* ἀπόφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος ἀπό τινος. *Pr.* Possumus autem pro ‚ἀπόφανσις' definitionem eius ponere et dicere: Affirmatio est oratio, in qua verum aut falsum dicere est, dicens aliquid de aliquo. Item autem etiam de apophasi: apophasin esse orationem, in qua verum aut falsum dicere sit. | Potest enim aliquis de eo, quod est, dicere ‚fuit', [149] et ‚non fuit' et de eo quod futurum
17a 26 est ‚erit' et ‚non erit'. *Ar.* ἐπεὶ δέ ἐστιν ἀποφαίνεσθαι τὸ ὑπάρχον ὡς μὴ ὑπάρχον καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον καὶ τὸ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον καὶ τὸ μὴ | ὑπάρχον ὡς μὴ ὑπάρχον. *Pr.* De antiphasi vult disputare hinc. — Et quaeritur, cur[150] non antea indicarit, cum exordiretur, se

esse disputaturum de ea, ut de verbo et nomine ceterisque illis quae definiverit? — Ac respondemus: Hoc nomen ,ἀντίφασις' ipse invenit;
85,35 atque ne obscuritatem poneret inde ab initio, quasi | aliquid ignotum dicturus fuisset, neve turbaret auditum tironis nomine peregrino, propterea non prius posuit nomen antiphasis quam definivisset eam. Amans autem brevitatis, simul [139r] demonstrat et esse eam et quid sit. Dicit enim: Si fieri potest, ut de eo [151] quod est, dicamus, id esse et
86,5 non esse et de eo quod non est, idem | eodem modo: esse et non esse, etiam omnino cuique negationi est affirmatio; item autem cuique affirmationi est negatio. Haec autem est ἀντίφασις h. e. ,pugna' [152] affirmationis et negationis. Haec autem omnino fit. Omnino est igitur ἀντίφασις. — Ac definit [153] antiphasin ita: ἀντίφασις est pugna affirmationis | et negationis secundum veritatem et falsitatem. Sed quia [154] [haec definitio satis accurata non est, neque enim] quaelibet negatio falsa facit adversus affirmationem contradictionem. ,Homo' enim ,animal non est' [155] cum ,Homo bipes est', contradictio non est; sed contradictio fit, quando idem [homo] praedicatus [155a] est, et idem subiectus est. | e. g. Socrates ambulat et Socrates non ambulat. Iam idem praedicatum [lege κατηγορούμενον] h. e. ambulare κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου positum est et sublatum h. e. ab eodem Socrate. ,Idem praedicatum' dixi, ne existimes, hanc esse contradictionem: Socrates ambulat, Socrates non dormit; fieri enim potest, | ut ambae verae sint, quia non idem praedicatum ab eodem subiecto sustuli. ,Idem subiectum' dixi, ne existimetur contradictio: Socrates ambulat, Plato non ambulat. Etiam hae enim similiter possunt verae esse, quia, quamvis idem praedicatum, tamen non ab | eodem subiecto sustuli. ,Non [156] aequivoce autem' (μὴ ὁμωνύμως δὲ [a]). Non ad aliam atque aliam rem [b]. Non ad aliam atque aliam partem [c]. Eodem tempore [d]. a) Aequivocitas [157] autem positum, quia potest verum dicere aliquis dicens: ,Aiax singulariter pugnavit contra Hectorem' et ,Aiax singulariter non pugnavit contra Hectorem'. Quamvis enim idem | subiectum et idem praedicatum, h. autem e. idem verbum de eodem nomine et positum est et sublatum; tamen propter aequivocitatem possunt verae esse ambae. Duo enim fuerant Aiaces in pugna Troiae. Et alter quidem pugnavit solus cum Hectore; alter autem non. Potest autem etiam verbum esse | aequivoce e. gr. ,Caecus videt' et [158] ,Caecus non videt'. Hoc enim ,non videt' significat hoc: ,non videt oculis' et illud, ,videt animo', possuntque vera esse ambo. Sed quando contradictio fit, nec subiectum nec praedicatum ullo modo aequivoce esse oportet. — b) ,Non ad aliud et aliud' dixi [159] quoniam

si | dicis, numerum novem dimidium esse et numerum novem dimidium 87, 5 non esse, si ad octodecim non ambo refers, fieri potest ut vera sint. Ad octodecim enim [relatum] est dimidium; ad quindecim autem non est dimidium. — c) ‚Non ad aliam atque aliam partem' positum est,[160] quia si dicis: Aethiops (Indus) niger | est, Aethiops non est niger, neque ad eandem partem [referens] dicis, fieri potest ut vera sint ambo. Niger enim est in corpore, albus autem in dentibus. – d) ‚Eodem tempore' positum est, quia si dicis: Socrates ambulavit, Socrates non ambulavit [140r] neque accipis eodem tempore, verum esse potest. Heri enim ambulavit; | nudius tertius fortasse non ambulavit. Oportet[161] autem nos accipere eodem modo praedicatum in affirmatione, quomodo fuerat in negatione. Sin contra, non fieri potest ut ambae verae sint. Nam si dico de adolescente, esse eum grammaticum, et, non esse grammaticum, possum verum dicere, cum effero ‚esse' quidem secundum potentiam, ‚non' autem | ‚esse' secundum actum. Oportet igitur, ut dictum est, ambas aut potentiâ aut actu esse: Si in affirmatione secundum actum, etiam in negatione secundum actum; ac si potentiâ, potentiâ. Debemus igitur haec omnia colligere et dicere: Est definitio contradictionis: Pugna affirmationis et negationis, eiusdem | de eodem, non aequivoce, non ad aliam atque aliam rem, eodem tempore, i. e., cum ipsum id quod praedicatur et id quod positum est, eodem modo effertur. — Tum enim fiunt affirmatio et negatio contrariae secundum veritatem et falsitatem.

17a 29 *Ar.* *καὶ περὶ τοὺς*[162] *ἐκτὸς τοῦ νῦν χρόνους ὡσαύτως* | *ἅπαν ἂν δέχοιτο ὃ κατέφησέ τις ἀποφῆσαι, καὶ ὃ ἀπέφησε καταφῆσαι.* *Pr.* *Καὶ περὶ τοὺς ἐκτὸς τοῦ νῦν χρόνους* vocat tempus praeteritum et futurum, *νῦν* autem hoc praesens. Dicit[163] ergo hoc: Potest aliquis de eo quod est[a] dicere, id fuisse et non esse[b]; et de eo quod non fuit, | dicere, id fuisse et non 88, 1 esse[c] et de eo quod futurum est, futurum esse et non futurum esse.

17a 31 *A.* *ὥστε δῆλον ὅτι πάσῃ καταφάσει* (ܕܐܝܬ add. Syr.)[164] *ἔστιν ἀπόφασις ἀντικειμένη καὶ πάσῃ ἀποφάσει κατάφασις.* *Probus dicit.* Dicit ergo, ex his perspectum esse, omni affirmationi utique[165] esse contradicentem negationem; | item autem etiam negationi affirmationem.


Explicit sectio prima.

[140v] *Porro sectio secunda libri de protasi eius quod positum est et eius quod solum praedicatur.*

Quaerimus[166] autem ante hanc sectionem tria quaedam, quae prosunt nobis in ea. | Qui sint numeri protasium, qui possint esse in ea; et aliquid de prosdiorismo, et quomodo fiat quidem affirmatio negatio. —

Ac primum[167] dicamus de numero protasium. Protasis enim aut particularis est aut universalis. Universalis autem aut habet *προσδιορισμόν*, aut non habet *προσδιορισμόν*. — Et ea cui est | *προσδιορισμός*, aut *προσδιορισμὸς* particularis est ei, aut universalis. Ac fiunt quattuor protases, 1) Protasis particularis e. gr. Socrates ambulat. 2) Protasis cui non est *προσδιορισμός*, e. gr. Homo ambulat, et 3) ea, cui est *προσδιορισμὸς* particularis e. gr. Unus homo ambulat. 4) et ea cui est *προσδιορισμὸς* | universalis e. gr. Omnis homo ambulat. — Hae autem quattuor aut definitae sunt aut indefinitae. —

Προτάσεις· [167a]



141 r | Definitae quidem e. gr. Socrates ambulat. Homo ambulat. Unus homo ambulat. Omnis homo ambulat. — Indefinitae autem e. gr. Non Socrates ambulat. Non homo ambulat. Unus non homo ambulat. Omnis non homo ambulat. Et fiunt octo | protases. — Hae autem[168] protases aut secundum substantiam necessariam sunt, aut secundum contingentem aut impossibilem. E. gr. ‚Socrates animal est', secundum substantiam necessariam est. ‚Homo ambulat' autem secundum substantiam contingentem est. — ‚Homo lapis est' secundum substantiam impossibilem est. — Et fiunt viginti quattuor protases. | Ter enim octo viginti quattuor sunt. Hae autem viginti quattuor aut tempore praesenti sunt, aut praeterito aut futuro: fiuntque septuaginta et duae protases. — Ter enim viginti quattuor septuaginta duae fiunt. — Rursus autem hae septuaginta duae aut negationes sunt aut affirmationes; et fiunt centum quadraginta quattuor | protases. — Secundum autem quaerimus id quod nos esse quaesituros diximus de prosdiorismo. — Prosdiorismum autem vocat [Aristot.] ‚Omnis' et ‚Non unus', ‚Unus' et ‚Non omnis'. — Quaerimus autem septem quaedam:

Definitionem prosdiorismi; quot sint; et qui sint, vim eorum[169]; contrarietatem eorum; quomodo vocentur protases eae quae ab iis [ducuntur]; et cur ad ‚unus' | ‚nullus' dicamus, neque dicamus ‚non unus' ut ad ‚omnis' ‚non omnis'. — Est definitio prosdiorismi: [170] vox quae omni tempore unâ cum subiecto ordinatur [τάττεται], demonstrans quomodo se habeat praedicatum ad quantitatem subiecti secundum esse aut non esse.[171]

Porro sectio tertia qua docet nos de protasibus compositis | *ex eo quod positum et eo quod praedicatur et ex tertio quod appraedicatur* [προσκατηγορεῖται]. „Et quaeritur, cur primo de protasibus compositis"... — *Sectio quarta. De protasi cum modo* [= *modali*] *e. gr. Socrates pulcriter loquitur* „Et quaeruntur [a] nobis septem quaedam: Quid sit modus"... *Sectio quinta. Et quaerimus* | *ante eam quinque quaedam. Qui sit scopus eius et utilitas et num sit Aristotelis haec sectio et num ita opinetur Aristoteles et num ita opinetur Plato.* — „Scopus igitur sectionis huius hic est"...

Explicit inscriptio Probi.

| In margine: *Haec sectio non explicit; sed indicationem exordii sectionum volumus literis mandare.**)

3. ADNOTATIONES.

Ammonium Hermiae filium laudo secundum edit. Venet. 1545. 8° (in categor; periherm; quinque voces). Boethium secundum edit. Basil. 1570. fol. — Prantl, Geschichte der Logik im Abendlande, I. II. München 1855—61. — Br = Brandisi scholia.

1. Haec doctrina e metaphysicorum α cap. II 982^{b} sub fin. profecta quamvis obiter modo litem, utrum instrumentum philosophia an pars sit, tangit. Etenim quod ἑαυτοῦ χάριν, μέρος est, quod ἑτέρου χάριν, ὄργανον. Inde peripatetici contendunt, logicam ὄργανον, non μέρος esse. Amm. in categor. f. 5^{b} med. (Προοίμιον τῆς λογικῆς πραγματείας). Philop. ad anal. f. IV. 6 (ap. Br 143^{a} 3) cf. Prantl I, IX, a. 7. Logicae etiam secundum serioris aetatis peripateticos τέλος est: ὄργανα παραδοῦναι τῇ φιλοσοφίᾳ εἰς διάγνωσιν ἀληθείας καὶ ψεύδους. Schol. anon. ap. Galen. Ἐισαγωγ. ed. Min. p. κή: Prantl I, XI, a. 120. Cf. Cramer. Anecd. Par. IV p. 41 sqq. Amm. in perih. initio.

2. Scriptor, postquam res et literas et sui et aliarum gratia esse exemplis explicavit, eius rei usum in hunc librum debebat continuo

*) Quae in hac versione literis obliquis impressa sunt, in ms. miniato colore scripta exstant.

referre. Quamquam vocabulo ܣܟܘܬ usus, qui logicae finis sit, inserit, id quod recte post enuntiationem demum ‚ܗܢܐ usque ܐܝܬ ܠܗ‘ declarasset, ita quidem, ut eam ipsam enuntiationem per particulam ܕܝܢ similemve inciperet, cum enuntiatum ܗܢܐ ܕܝܢ ܟܬܒܐ ab ܣܟܘܬ esset incipiendum.

3. Hunc morem capita quaedam ante libri lectionem proponendi a Graecis duxit, qua de re cf. Amm. categ. f. 12[b] med. sqq. — f. 13[b] inf. Boethium p. 293 in praef. libri I. Numerus capitum fluctuat ut usus poscit. a) Sex habet: David Armenus in categ. Br 27[b] 24 septimi omissionem excusans (διδασκαλικὸς τρόπος 28[b] 4); Io. Philoponus ap. Br 37[a] 9 sq. (ubi λέξις falso pro τάξις?) b) septem: Commentarius in isagog. Porphyri, Syriace c. Paris. 161 fol. 49. ‚Septem capita quaerenda sunt initio libri cuiuslibet, scopus, utilitas, ordo, caussa scribendi, divisio capitum, cuius auctoris sit liber, de quo agat sic. Scopus huius libri est, ut edisserat de vocibus philosophicis‘. V. Renan de philos. peripatetica apud Syros p. 41. Nescio quo iure S. E. Assemanius in cat. codd. bibl. Vatican. III p. 307 hunc commentarium Ammonio tribuat aut Philopono. — Septem pr etiam Io. Philoponus ad analytica ap. Br p. 141[b] 29. c) octo anonymus quidam cod. Coisl. in perih. Br p. 93, quae cum Probianis fere consentiunt: Μετὰ σαφηνείας εἴπωμεν τὰ εἰωθότα προζητεῖσθαι κεφάλαια προτέλεια. εἰσὶ δὲ ταῦτα· τίς ἡ ὑπόθεσις ἤτοι ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος συγγράμματος 1 τὸ χρήσιμον 2 τίνα τάξιν ἔχει πρὸς τὰ ἄλλα τῆς λογικῆς πραγματείας συγγράμματα 3 τὴν αἰτίαν τῆς ἐπιγραφῆς 4 εἰ γνήσιόν ἐστιν Ἀριστοτέλους 5 τίς ἡ εἰς τὰ κεφάλαια διαίρεσις 6 τίς ὁ τρόπος ὁ διδασκαλικός 7 τίς ὁ χαρακτὴρ καὶ ὑπὸ ποῖον μέρος καὶ μόριον τῆς φιλοσοφίας ἀνάγεται. Octo etiam David, Br. 17[a] 4. Capita sunt: 1 ܢܝܫܐ σκοπός 2 ܚܫܚܘܬܐ χρήσιμον 3 ܕܡܢܘ ܐܝܬܘܗܝ ܫܪܝܪܐܝܬ τὸ γνήσιον. 4 ܛܟܣܐ τάξις 5 ܥܠܬܐ ܕܪܘܫܡܐ αἰτία τῆς ἐπιγραφῆς 6 ܦܘܠܓܐ ܕܩܦܠܐܐ ἡ εἰς τὰ κεφάλαια διαίρεσις 7 ܠܘܬ ܐܝܢܐ ܡܢܬܐ ὑπὸ ποῖον (μέρος) ἀνάγεται (ἢ ὑπὸ τί μέρος ἀναφορά) 8 (quod deest apud Probum) ὁ διδασκαλικὸς τρόπος.

4. De scopo cf. Aβâ rabbâ βâzwâδ cod. Peterm. 9 fol. 194[v]: ܢܝܫܐ ܐܝܬܘܗܝ܂ ܫܘܠܡܐ ܕܡܕܡ ܡܬܚܘܣܢ ܒܡܫܡܥܬܐ ܥܠ ܦܘܫܩܐ ܐܝܟܐ ܕܗܘ܂ ܡܬܬܚܝܢ ܒܪ ܫܘܠܡܐ܂ ܡܛܠ ܕܡܫܬܒܚ ܫܘܠܡܗ ܕܡܬܬܚܝܢ ܦܘܡܐ ܐܝܟ ܐܢܪ ܒܨܚܣܝ܂ ܘܡܢ ܡܬܚܙܐ ܥܠ ܗܠܝܢ ܐܣܛܪܛܐ܂ ܐܝܟܢܐ ܒܢܐ ܐܝܟ ܠܡܒܢܝܐ ܒܝܬܐ܂ ܘܡܫܬܒܢ ܗܕܐ ܡܬܒܢܝܢ ܕܐܒܢܐ ܠܐ ܡܬܠܠܝܐ܂ ܕܡܬܩܢܐ ܠܐ ܡܢ ܪܘܫܐ ܘܡܢ ܫܡܝܐ܂ ܘܡܛܠ

ܕܬܠܝܬܝܬܐ ܐܘܣܐ ܡܕܝܢ ܡܬܚܫܒ ܕܘܪܡ ܠܐ ܠܡܚܒܐ ܝܘܣܐ. ܘܡܛܠ ܕܠܐܘܣܐ ܡܕܝܢ ܫܘܐܬܐ. ܐܡܪ ܕܫܘܐܬܐ ܡܬܚܒܐ ܠܐ ܡܕܡܚܬ ܠܡܚܣܡ. ܘܚܝܠ ܕܒܗ ܡܢ ܬܠܠܝܬܐ ܫܪܝ ܒܪܫܝܬ. ܫܘܝܐ ܠܗ ܠܝܫܢܐ ܬܘܠ ܫܘܐܬܐ. ܘܡܫܬܚܫܝܢ ܫܟܐ ܕܐܬܘܬܗܘܢ. ܫܘܪܝܐ ܕܐܬܘܪܝܐ ܫܘܠܡܐ ܠܗ ܕܡܫܘܪܝܘܬܐ. ܘܫܘܠܡܐ ܕܐܬܘܪܝܐ ܫܘܪܝܐ ܕܡܫܘܪܝܘܬܐ. Eadem fere ad verbum apud Ammon. ad categ. f. 15[b] inf. De sententia vid. Ethic. Eudem. II, 11. 1227[b] 32.

5. De fine cf. David 27[a] 27. 17[a] 6. Locus Platonis est Phaedr. p. 237. Περὶ παντός, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι· εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλὴ ἢ παντὸς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. Eundem affert David ap. Br 27[a] 28 ita mutatum: (ἐπειδὴ πάντα πρὸς τὸν σκοπὸν ἀφορᾷ) ὥς φησι καὶ ὁ Πλάτων· ὦ παῖ, μία ἐστὶν ἀρχὴ τοῦ καλῶς βουλεύσασθαι· τὸ εἰδέναι περὶ ὅτου ἐστὶν ἡ σκέψις, ἢ τοῦ παντὸς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη et 13[a] 9. Noster ac si legisset: ὦ παῖ, μία ἐστὶν ἀρχὴ τῶν βουλευομένων (σαμένων)· ἢ τὸ εἰδέναι περὶ οὗ ἂν μέλλωσι σπεύδειν (vel περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ σπουδή [ἂν c. coni. expressum per ܕܢܬܚܦܛܘܢ]) ἢ (τοῦ) παντὸς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. Ceterum idem praeceptum commendat iam Cicero de fin. II, 2. 4, de offic. II, 12. Proclus in Tim. Platon. ad pag. 28[b], 84[c] ed. Schmid p. 198. Sext. Empir. adv. math. VII, 140. Hermias apud Astium (in Phaedri edit.) p. 84—85. — Unde satis constat, sententiam illam in schola Atheniensi philosophica tamquam locum communem usurpari solitam esse.

6. Iter facientis exemplum invenis ap. Amm. categ. f. 12[b] med. Similius David, Br 17[a] 8. Devenit ex Aristot. metaph. III (B) cap. 1, 4 ed. Schwegl. 995[a] fin.

7. Caussa quaerendae libri utilitatis eadem ap. Amm. in Porphyr. quinq. voc. f. 17[a] med. et categ. f. 12[b]; David l. l.

8. V. David. in Porphyr. isag. Br 17[a] 27. Εὐλόγως δὲ καὶ τὸ γνήσιον ζητεῖται, ἐπειδὴ γινώσκοντες ὅτι γνήσιόν ἐστι τοῦ ἀνδρὸς τὸ σύγγραμμα διὰ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρὸς προθυμοτέρως αὐτὸ ἀναγινώσκομεν. καὶ γὰρ πολλοὶ οὐκ εἰσὶν ἱκανοὶ κρῖναι, εἴτε καλῶς ἔχουσι τὰ ἐν τῷ συγγράμματι λεγόμενα εἴτε οὔ, ἀλλ' ἀγαπητὸν ἡγοῦνται τὸ ἀκολουθῆσαι τῇ δόξῃ τοῦ ἀνδρός. — Cf. Br 31[a] 14.

9. Cf. David. l. l. 17[a] 47 sqq. Amm. categ. f. 13[a].

10. Τὴν δὲ ἐπιγραφὴν ἐπειδὴ ὡς ἐν συντόμῳ τὸν σκοπὸν περιέχει Amm. in Porph. isag. fol. 17[b] congruens cum Davide Br 17[a] 21.

11. Τὴν δὲ εἰς τὰ μόρια διαίρεσιν, διότι δεῖ τὸν ἀκριβῶς βουλόμενον τὴν τοῦ ὅλου φύσιν μαθεῖν τὰ τούτου μέρη ἐπεσκέφθαι Amm. in categ. f. 13[a].

12. Εἰς (ὑπὸ) τί ἀνάγεται [μέρος]. v. David. in Porph. isag. Br 17[b] 33.

Εὐλόγως δὲ καὶ ἡ ὑπὸ τί μέρος ἀναφορὰ ζητεῖται, ἵνα μὴ νομίσωμεν τὰ μὲν ὑπὸ τὸ θεωρητικὸν ἀναγόμενα ὑπὸ τὸ πρακτικὸν ἀνάγεσθαι, τὰ δὲ ὑπὸ τὸ πρακτικὸν ὑπὸ τὸ θεωρητικόν. Similis locus de duplici animae vi deque divisione artis philosophicae est ap. Amm. in praef. Porph. isag. f. 10ª et praecipue 10ᵇ. Ex eo tamen non sumpsit Probus, quippe qui opponeret τὴν γνωστικὴν δύναμιν τῇ πρακτικῇ non ὀρεκτικῇ vel ζωτικῇ et tertium genus e duobus illis mixtum adderet. cf. Aristot. de anima III cap. 3 et 9. — ܒܥܬ ܕܬܬܨܒܬ = ἐβούλετο κοσμῆσαι.

13. Disputatio haec de quinque speciebus orationis omnibus interpretibus Graecis communis est. V. anonym. ap. Br 93ª 21 sq., Ioannem Italum 94ᵇ 36; ex animae facultatibus ducuntur ap. Leonem Magent. 94ᵇ 15, Boethium 291, Ammon. in Porph. isag. f. 30ᵇ. Cf. Amm. ad perih. 17ª 2 ap. Br 108ᵇ 24, ed. Ven. fol. 52ᵇ. Quos locos iam nanciscor a Prantlio optime collectos, G. d. L. I. p. 554. a. 53. 54. Haec igitur divisio peripateticorum est cf. Boeth. l. l., stoici alia addunt. Br 93ª 31, 93ᵇ 20, 96ª 8. Sunt species hae: ἐρωτηματικός ܡܫܐܠܢܝܐ; κλητικός ܩܪܘܝܐ; εὐκτικός ܡܨܠܝܢܝܐ deprecativus; προστακτικός ܦܘܩܕܢܝܐ imperativus; ἀποφαντικός ܦܣܘܩܝܐ enuntiativus. Probus ipse ad 17ª 2 obiter tantum ‚ceteras quattuor' orationes commemorat. Sergius Resaenensis in commentatione de categoriis (cod. Peterm. 9. f. 84ʳ inf.) quattuor, omissa vocativa ܩܪܘܝܐ, refert pro ܡܨܠܝܢܝܐ praebens ܡܬܟܫܦܢܐ. Eandem divisionem etiam ad grammaticos Syriacos esse delatam Ioannes bar zughbi (cod. Peterm. 9. fol. 8ᵛb sqq.) testis est. Qui quodsi pro ܡܨܠܝܢܝܐ cum Sergio ܡܬܟܫܦܢܐ praebet, iam eo se alium Graeci translatorem atque Probum esse secutum prodit. Comparandi gratia locum subscribo:

ܘܡܐܡܪܐ ܐܦ ܗܘ ܡܬܦܠܓ. | f. 9ᵛ b ܠܫܡܥܐ ܐܪ̈ܒܥ ܦܠ̈ܓܘܬܐ.. |
ܠܦܘܩܕܢܐ ܘܠܡܫܐܠܢܝܐ. | ܘܠܡܬܟܫܦܢܐ ܘܩܪ̈ܘܝܐ. | ܘܠܡܐܡܪܐ
ܗܘ ܡܫܐܠܢܝܐ. ܕܡܬܒܥܐ ܐܦܘܦܠܝܣܘܣ. | ܕܦܩܕ ܥܠ ܚܕ ܡܢ ܦܘܠܝܛܣ. |
ܕܒܪ ܐܢܫܐ ܗܘ ܘܒܪ ܐܬܪܘܣ.. | ܦܘܩܕܢܐ ܠܐ ܡܢ ܡܪܘܬܗ. |
ܡܫܐܠܢܝܐ ܡܢ ܐܢܫܐ ܐܬܐ. | ܡܬܟܫܦܢܐ ܒܒܥܐ ܡܢܟ. | ܩܪܘܝܐ ܬܘܒ
ܒܪ̈ܢܫܐ ܠܟ.. | ܡܫܐܠܢܝܐ ܐܦܘܠܝܛܝܩܘܣ. | ܕܦܩܕ ܡܢܟ ܥܠ ܡܢܟ.. |
ܐܡܪܐ ܕܦܩܕ ܒܥܕܪܐ. | ܕܐܬܠܗ ܠܡܠܟܐ ܐܬܐܘܬܗ.. | ܒܡܠܟܐ
ܡܐܡܪܐ ܦܣܘܩܝܐ. | ܡܬܚܫܒܝܢ ܦܠܣܘܦܐ. | ܡܠܠ ܕܦܪܫ
ܡܐܡܪ̈ܐ ܐܘܒܕܢܐ ܥܠ | ..ܕܠܒܘܬܐ ܡܢ ܙܕܩܐ | .ܡܣܬܡܗ
ܕܐܡܪܐ. | ܠܗ ܒܢܦܫܐ ܠܦܘܠܝܛܝܩܘ. | ܐܠܐ ܠܦܪܘܢܝܐ ܢܩܫܝܢ |
ܘܐܦ ܬܘܒ ܠܦܠܓܘܬܐ ܦܠܝܛܝܩܐ.. Aβâ rabbâ βâzwâδ, f. 192ʳ eosdem modos ܙܢܝܐ s. v. ܡܠܬܐ (confundit enim ܡܐܡܪܐ cum

ܫܐܠܬܐ) iisdem fere exemplis afferens, differt hôc: . ܡܦܝܣܢܘܬܐ ܐܝܬܘܗܝ̇
ܒܥܘܬܐ ܡܢ ܬܚܬ ܡܢ ܠܥܠ ∴ ܘܗܢܘ ܗܢܐ. ܐܟ ܡܢ ܐܠܗܐ ܒܥܐ ܐܢܐ.
ܡܬܠܬܐ ܡܦܩܕܢܝܬܐ ∴ ܘܐܟ ܡܢ ܡܪ̈ܘܬܐ ܒܥܐ. ܡܦܝܣܢܘܬܐ ܡܦܩܕܢܝܬܐ.
cf. adn. 14. et Barhebraei gramm. Nam ut apud veteres Graecos a logica grammatica ars paullatim tantum seiungebatur, sic etiam apud Syros videmus primo cum grammatica logicen arctissime consociatam fuisse.

14. V. anonym. ap. Br 93ª 26 Ὀρεγόμεθα ἢ λόγου ἢ πράγματος ἢ πράξεως· ἀλλ' εἰ μὲν λόγου, (ܫܐܠܬܐ) ποιοῦμεν τὸν ἐρωτηματικόν, εἰ δὲ πράξεως, (ܡܩܪܝܢܘܬܐ) τὸν κλητικόν, εἰ δὲ πράγματος (ܡܕܡ) εἰ μὲν κρείττονος (ܗܘ ܕܪܒ ܡܢ) τὸν εὐκτικόν, εἰ δὲ χείρονος, (ܗܘ ܕܒܨܝܪ ܡܢ) τὸν προστακτικόν. Ex eodem igitur uterque fonte hausit. Magis etiam accedit ad expressiones Amm. in perih. f. 6ª 2 (Br 96ᵇ 43) ubi ܒܥܐ = ζητεῖ.

15. Exempla e Pshîτâ sumpta deinceps sunt a) Matth. 11, 28 cf. Ioann. 20, 15 b) Ioann. 11, 34 c) Luc. 8, 28 d) Reg. α (Sam. I) 20, 21. E quibus locis plurimos Lagardio debeo. Eadem exempla pr Bâzwâδ fol. 192ʳ.

16. Ἡ ψυχὴ ἀθάνατός ἐστιν Amm. perih. f. 52ᵇ πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος Amm. 74ª.

17. Μόνον τοῦτο δεκτικόν ἐστιν ἀληθείας καὶ ψεύδους Amm. perih. Br 97ª 6; 94ᵇ 38 etc.

18. Hanc divisionem pr Amm. perih. Br 96ª 22. Anon. Br 93ª 34. Ioann. 95ª 3.

19. Exemplum pr Amm. perih. Br 96ª 30 εἰ ἡμέρα ἐστί, ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἐστίν. Amm. perih. fol 15ᵇ. Boeth. p. 291. Inde per totum medium aevum migravit; reperis enim apud Averroem, Prantl II. p. 379 adn. 311.

20. Eandem divisionem apud Graecum investigare potui nullum, qua appareat enuntiationem categoricam a propositione categorica secludi. Videtur autem eam descripsisse e loco simili Ammoni perih. f. 5ª Br 96ᵇ Ἄλλης γὰρ πρὸς ἄλλην κατηγορικῆς προτάσεως ἢ ἀκολουθίαν ἢ διάστασιν σημαίνουσι, συνδέουσαι αὐτὰς πρὸς ἀλλήλας ἢ τῷ συμπλεκτικῷ ἢ τῷ διαζευκτικῷ προσαγορευομένῳ συνδέσμῳ πρὸς τὸ ἕνα δοκεῖν εἶναι τὸν ἐξ αὐτῶν συγκείμενον λόγον· διὰ ταῦτα τοίνυν τὸ κατηγορικὸν εἶδος τοῦ ἀποφαντικοῦ λόγου πολυπραγμονεῖ μόνον ὁ Ἀριστοτέλης. ἔστιν οὖν ἡ πρόθεσις τῆς προκειμένης πραγματείας, ὡς συνελόντι φάναι, διαλεχθῆναι περὶ τῆς πρώτης συνθέσεως τῶν ἁπλῶν

φωνῶν, τῆς κατὰ τὸ κατηγορικὸν εἶδος τοῦ ἀποφαντικοῦ λόγου γινομένης· λέγω δὲ τὸ πρώτης, διότι καὶ τοὺς συλλογισμοὺς ἡ σύνθεσις τῶν ἁπλῶν ἐργάζεται φωνῶν, οὐ μέντοι ἡ πρώτη, ἀλλ' ἡ διὰ τῆς συμπλοκῆς τῶν κατὰ τὴν πρώτην σύνθεσιν γεγονότων λόγων ἀποτελουμένη· διὸ τοὺς ἁ π λ ο ῦ ς τούτους λόγους (ܡܐܡ̈ܪܐ ܦܫ̈ܝܛܐ) κατὰ μὲν τήνδε τὴν πραγματείαν αὐτοὺς καθ' αὑτοὺς θεωρῶν, ὡς ἀ π ο φ ά ν σ ε ι ς μόνον ἐπισκέψεται, καὶ οὐχ ὡς π ρ ο τ ά σ ε ι ς· ἐν δὲ τοῖς ἀναλυτικοῖς ὡς μέρη τῶν συλλογισμῶν παραλαμβάνων ἅμα καὶ ὡς προτάσεις εἰκότως ἀξιώσει σκοπεῖν. Adde imprimis sequentia, quae Br omisit, fol 5^b sup: Αὐτόθεν δὲ ἡμῖν ἐκ τῶν εἰρημένων καὶ ἡ τάξις ἀναφαίνεται τοῦ βιβλίου· εἰ γὰρ μέσην ἔχουσι τάξιν οἱ ἁπλοῖ λόγοι, τῶν τε ἁπλῶν φωνῶν καὶ τῶν συλλογισμῶν, παραδιδόασι δὲ τὴν μὲν περὶ τῶν ἁπλῶν φωνῶν θεωρίαν αἱ κατηγορίαι, τῶν δὲ περὶ τῶν ἁπλῶν λόγων τὸ προκείμενον βιβλίον, τῶν δὲ περὶ τῶν συλλογισμῶν τὰ ἀναλυτικά, δῆλον κτλ. Desideras igitur solum ut pro συλλογισμῶν, λόγων συμπεπλεγμένων dictum fuerit. Etenim compositas has orationes ad stoicorum enuntiationes compositas referri, sc. ἀξιώματα συμπεπλεγμένα (Prantl I, VI a. 122.) cum exemplum vetat tum ceterarum doctrinarum stoicarum fere apud nostrum absentia. Cf. quae dicit ad cap. V in protheoria. Divisionem totam tabula declarat. Aβâ rabbâ divisionem tantum hypotheticae et categoricae orationis nec plura praebet.

21. De utilitate commentatores Grr. non disputant. Dicit Amm. ap. Br 96^a 2, supersedere se hac disputatione propter eius perspicuitatem. Tritissima ceterum opinio est, ante o r a t i o n e s simplices (propositiones), de quibus hic loci agitur, cognoscendas esse v o c e s simpl., quales in categoriis tractantur. Deinde demum ad syllogismos esse procedendum.

22. a) E collocatione trium librorum argumentum petiisse iam Alexander videtur ap. Boeth. 293: (Alexander) ‚addit quoque hanc caussam, quoniam Aristoteles quidem de syllogismis scribere animatus, nunquam id recte facere potuisset, nisi quaedam de propositionibus adnotaret' sqq. Cf. Br 94^b 3 sq. cl. 13. Argumentum ex habitu sermonis (χαρακτήρ) habet Boeth. 213 ab Alexandro profectum. Cf. Br 37^a 21. ܫܘܚܠܦ ܗܘ̈ܢܐ = ποικιλία τῶν νοημάτων p. 67, 13 — b) Ipsius porro caussas et ita quidem enarratas apud neminem investigo. Prompsit igitur aliunde noster. Postrema caussa (‚quod convenit personae') in argumentatione utitur.

23. De ordine cf. adn. 20 fin. Apud alios nihil.

24. Cod pr ܥܠ ܦܘܫܩܐ ‚de interpretationibus‘. Idem p. 22, 2 38, 7 apud auctores diversos. Alioquin Graece non mediocriter docti ἑρμηνείας accusativum pluralis e περὶ pendentem putabant = circa interpretationes. Similis error Isidori Hispalensis († 636) ‚de Perihermeniis‘ libro inscribentis v. Prantl II, XIII a. 33 cl. 36. Deinceps cf. Br 94ᵃ 19 Ἐπιγέγραπται οὖν περὶ Ἑρμηνείας ὡς ἑρμηνεύων τὰ τῆς ψυχῆς νοήματα, ποίας δόξης εἰσὶν εἴτε ἀληθοῦς εἴτε ψευδοῦς cf. Amm. ap. Br 97ᵃ 7.

25. Divisio in quinque capita eadem est atque apud Ammonium, Br 135ᵇ 41 sq., Leonem Magentinum, anonymum. Numerat enim etiam particulam quintam Ammonio aliisque suspectam. Et hoc quidem loco partes Probus ܩܦ̈ܠܐ κεφάλαια nominat, ut Georgius quoque in capitum inscriptionibus. In fine vero particulae primae haec ‚sectio‘ ܦܣܘܩܐ eademque saepius adpellatur, quocum x consentit ܚܡܫܐ ܦܣܘ̈ܩܐ (quinque sectiones) praebens. Neque aliter Graece τμῆμα cum κεφάλαιον mutatur, v. Br 94ᵇ 17. Περὶ δὲ τῆς εἰς τὰ κεφάλαια διαιρέσεως, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν περὶ τῆς εἰς τὰ μόρια, φαμὲν ὅτι εἰς πέντε τμήματα τὸ παρὸν διαιρεῖται σύγγραμμα. cf. Amm. perih. f. 7ᵇ et Ammoni, Michaelis Pselli, Leonis Magentini apud Aldum inscriptiones.

26. Ad quam partem philosophiae referendus hic liber sit, non disputatur apud commentatores quotquot inspexi. cf. Br 94ᵇ 26. Vide tamen anonymum apud Renan, de phil. peripat. ap. Syros p. 41. 42.

27ᵃ ‚Pausa‘ pr cod minio perspicue exaratum. Quod si minus probes, e duabus coniecturis ܐ . ܦܣܘܩܐ . ‚sectio prima‘ et ܦܘܫܩܐ ‚commentarius‘ posteriorem commendo. V. adn. 1 p. 68. Ne quis vero cum Bernsteinio in lexico Syr. chrest. Kirsch. Lips. 1836 p. 393 verbi ܦܫܩ originem apud Graecos quaerat, vetat praeter alia analogia radicis Arabicae فسّر cf. فسر V, فرس, tum vero quod hodie inter Syros Urmijenses etiam populares a Graecorum cultu prorsus alieni eo verbo cotidie utuntur.

27. Amm. Br 100ᵃ 3 (fol. 15ᵇ). Ἦν μὲν ἀκόλουθον κατὰ τὰ ἐπηγγελμένα, τοὺς ὁρισμοὺς ἑξῆς ἀποδοῦναι τοῦ ὀνόματος καὶ τοῦ ῥήματος· ἀλλ᾽ ἐπεὶ οὐ πᾶσα λέξις ὄνομα ἢ ῥῆμα ...... καὶ διαφέρουσι τὰ ὀνόματα καὶ τὰ ῥήματα τῶν ἀσήμων φωνῶν κατὰ τὰ σημαντικά τινων εἶναι, πρότερον ἡμᾶς ὁ Ἀριστοτέλης διδάσκει διὰ τούτων τίνα ἐστὶ τὰ προηγουμένως καὶ προσεχῶς ὑπ᾽ αὐτῶν σημαινόμενα καὶ ὅτι τὰ νοήματα, διὰ δὲ τούτων μέσων τὰ πράγματα· καὶ οὐδὲν ἕτερον δεῖν παρὰ ταῦτα ἐπινοεῖν μέσον τοῦ τε νοήματος καὶ τοῦ πράγματος (ὅπερ οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς ὑποτιθέμενοι λεκτὸν ἠξίουν ὀνομάζειν) De his cf. Prantl I p. 415 sqq.

28. Fol. 16ª inf. Λέγομεν ὅτι τέτταρα ταῦτα παραλαμβάνει διὰ τούτων ὡς χρήσιμα πρὸς τὴν προκειμένην θεωρίαν πραγματά τε καὶ νοήματα καὶ ἔτι φωνὰς καὶ γράμματα. Dein [om Br] ἐν οἷς πρώτην μὲν ἔχει τάξιν τὰ πράγματα, δευτέραν τὰ νοήματα, (τρίτην αἱ φωναὶ καὶ τελευταίαν τὰ γράμματα)· τὰ μὲν γὰρ νοήματα τέλος ἔχει τὴν τῶν πραγμάτων κατάληψιν (ܡܕܪܟܘܬܐ). Quae sequuntur, desunt ap. Amm.

29. Fol. 16ᵇ med. Τούτων δὲ τῶν τεττάρων τὰ μὲν δύο φύσει εἶναι φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, τὰ δὲ δύο θέσει· φύσει μὲν τά τε πράγματα καὶ τὰ νοήματα, θέσει δὲ τάς τε φωνὰς καὶ τὰ γράμματα· διακρίνει δὲ τὰ φύσει τῶν θέσει, κανόνι τοιούτῳ χρώμενος· τὰ παρὰ πᾶσι τὰ αὐτὰ ὄντα, φησί, ταῦτά ἐστι τῇ φύσει. τὰ δὲ μὴ παρὰ πᾶσι τὰ αὐτὰ ὄντα ταῦτα οὐ φύσει εἰσὶν, ἀλλὰ θέσει. Omisso *παρὰ* Probus propius accedit ad Aristotelis verba.

30. Post loc. praec. mox Amm. pro tauri fert leonis exemplum (ἐπεὶ οὖν τὰ μὲν πράγματα καὶ τὰ νοήματα παρὰ πᾶσίν ἐστι τὰ αὐτά)· πανταχοῦ γὰρ τοῦ ἀνθρώπου τὸ αὐτὸ εἶδος καὶ ἵππου καὶ λέοντος, καὶ νόημα ὡσαύτως τὸ αὐτὸ παρὰ πᾶσι περί τε ἀνθρώπου καὶ λίθου καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων ἑκάστου, φωναὶ δὲ καὶ γράμματα ου παρὰ πᾶσι τὰ αὐτά· φωναῖς τε γὰρ ἄλλαις μὲν Ἕλληνες, ἄλλαις καὶ Φοίνικες, Αἰγύπτιοι δὲ ἄλλαις χρῶνται. NB. differentiam! Post Probus om, ‚cur scripta e consensu sint‘.

31. Idem pr Amm. fol 18ª 3 sup (Br om) Τούτων δὲ τῶν τεττάρων, λέγω δὴ πραγμάτων νοημάτων φωνῶν καὶ γραμμάτων χαίρειν ἐάσας τὰ γράμματα, ὡς οὐδὲν ἀναγκαῖον ἔχοντα πρὸς τὴν προσεχῆ τῶν πραγμάτων ὑφήγησιν, προηγουμένως ὁ φιλόσοφος βούλεται θεωρεῖν περὶ πραγμάτων καὶ νοημάτων, δι' ὧν ταῦτα γινώσκομεν .... mox: διὰ ταῦτα οὖν τὰ γράμματα παραλιπὼν ὁ Ἀριστοτέλης, τὰ πράγματα παραλαμβάνει καὶ τὰ νοήματα καὶ ἔτι τὰς φωνάς· καὶ φησὶν ἕκαστον τούτων ὁτὲ μὲν ἁπλοῦν θεωρεῖσθαι, ὁτὲ δὲ σύνθετον. οἷον sequuntur exempla, dein: ἡ οὖν ἀλήθεια, φησί, καὶ τὸ ψεῦδος ἐν οὐδενὶ τῶν ἁπλῶν θεωρηθήσεται, περὶ μόνα δὲ τὰ σύνθετα νοήματα καὶ τὰς συνθέτους φωνὰς ὑφίσταται· π ε ρ ὶ π ρ ά γ μ α τ α (fol 18ᵇ) γὰρ οὐδὲ σύνθετα ὑποσταίη ἂν ἀληθές τι, οἷον νῦν ζητοῦμεν ἢ ψεῦδος ἢ ἀληθὲς, διότι ἐν σχέσει τινὶ τῶν νοημάτων ἢ τῶν φωνῶν τῇ πρὸς τὰ πράγματα τὸ τοιοῦτον ἀληθὲς ἀποτελεῖται καὶ τὸ ψεῦδος· ὅ τ α ν μ ὲ ν γ ὰ ρ ο ἷ ο ν ἐ φ α ρ μ ό σ ῃ τὰ νοήματα τοῖς πράγμασιν ἢ αἱ φωναὶ συνᾴδωσι τῇ τῶν πραγμάτων ὑποστάσει, τὸ ἀληθὲς τότε περὶ ἑκάτερον αὐτῶν σ υ ν ί σ τ α σ θ α ί φαμν· ὅ τ α ν δὲ μὴ οὕτως ἔχωσι, τὸ ψεῦδος. Adparet igitur quam perverse Probus disseruerit. Primum enim ‘de his quattuor‘ loquens tria tantum affert, namque cogitationes, voces, scripta. Contra deinde veritatem aut falsitatem in cogitationibus et vocibus compositis concedit, in a c t i o n i b u s et compositis et simplicibus recte ne-

gat; de scriptis nihil, nisi quod postremo prave intrudit homo σχηματικώτατος istud ܗܟܢܐ ܘܒܟܬܝ̈ܒܬܐ, quod Ammonius omisit et quod enuntiati constructionem impedit.

32. In his brevior Probus discedens ab Ammonio, et Boethio diversas variasque de hac re Alexandri ac Porphyri sententias proferenti (p. 299—301), de diversitate expressionum ,τὰ ἐν τῇ φωνῇ et τὰ γραφόμενα‘ ab ipsis φωναῖς et γράμμασι, non disputat, immo earum diversitatem tollit. Ceterum ne Waitzius quidem (I p. 325) mihi videtur recte distinxisse inter γραφόμενα et γράμματα. E loco enim 359ª 10 contendit heic τὰ γραφόμενα esse elementa scripta, γράμματα autem elementa voce expressa. At enim mox Aristotelis γράμματος vocabulo usus literas sine dubio exprimit, sive elementa scripta, quibus ,voces‘ ore prolatas opponit. Itaque si sit aliqua diversitas, ea est in eo posita, quod verbum γραφόμενα latius patens literarum in verba coniunctionem coetumque, γράμματα autem singula signa significat.

33. ,Ut diximus‘. Nam sic cod. legendum esse res suadet.

34. Cod. ܫܘܘܕ̈ܥܐ ܕܒܩܠܐ. Emendandum esse ܫܘܘܕ̈ܥܐ ܕܗܠܝܢ ܕܒܩܠܐ, ex iis quae insequuntur, patet. — De adn. p. 70, 1ª v. infra 37.

35. Amm. Br 101ª 35. Ὧν μέντοι ταῦτα σημεῖα πρώτως] ,ταῦτα‘ λέγων τὰ ἐν τῇ φωνῇ (,voces‘) τουτέστι τά τε ὀνόματα καὶ τὰ ῥήματα. Probus ὧν μέντοι per ܕܗܠܝܢ ܨܒ̈ܘܬܐ explicans, verbo ܨܒ̈ܘܬܐ neutrum pluralis Graecum interpretatur nec ullo modo ὧν πραγμάτων exprimere vult, quod iis quae p. 70, 4. 5. aperte dicit, repugnaret. πράγματα = ܣܘܥܪ̈ܢܐ. — De adn. p. 70, 2 v. infra 38.

36. Boeth. 218 ed. I. ,Vox enim etiam intellectum rei significat et ipsam rem‘ ..... ,sed prius intellectum, secundo vero loco rem significat‘. Idem paullo post repetit.

37. Consentaneum erat ܗܢܘܢ ܒܕ ܗܢܘܢ pro simplici ܗܢܘܢ. Antea verum est ܩ̈ܠܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ pro ܕܐܝܬܝܗܝܢ, quod repugnat seq. ܗܢܘܢ neque ullum sensum praebet.

38. Cod ܐܘ ܕܗܠܝܢ; emendavi ita, ut ܐ sit loquentis Aristotelis signum, adiutus Probi explicatione.

39. Amm. Br 101ᵇ 3 Ὁμοιώματα ,.. ταῦτα δὲ λέγει τὰ παθήματα τῆς ψυχῆς, dein: τίνων δέ ἐστιν ὁμοιώματα; ἢ δηλονότι τῶν πραγμάτων. Similiter noster antea.

40. Cod ܕܣܘܥܪ̈ܢܘܬܐ et adn. 41 ܣܘܥܪܢܐ singulari ponit. At

vero suffixum in ܕܡܘܬܗܘܢ docet, pluralem scribendum esse unico puncto addito.

41. ܦܘܒܪܐ cur in ܦܘܒܪ̈ܐ mutaverim vide 40.

42. Hic locus arguit, haec Probum non ex Ammonio sumpsisse. Neque enim is nec Boethius ‚naturalia' citat. Atque Amm. priorem vocis ἁπλῶς explicationem, scilicet ἁπλῶς pro praesenti tempore positam esse, ne commemorat quidem. Boethius tamen in editione II. (nam in edit. I p. 219 inf sqq. sua loquentem verbositas perturbavit) tres enumerat expositiones. Primâ ἁπλῶς ‚secundum substantiam' dicitur, alterâ ‚secundum praesentiam', quae tamen eadem tempus nominari non debeat, tertiâ denique ἁπλῶς = ἀορίστως esse et oppositum tempori constituto ut heri, cras etc. Praebet enim: ‚Quocirca quisquis secundum praesens hoc sermone quod est Esse utitur, simpliciter utitur; qui vero aut praeteritum iungit aut futurum, ille non simpliciter sed iam in ipsum tempus incurrit. Tempora namque (ut dictum est) duo ponuntur praeteritum atque futurum!

43. Physic. auscult. IV, I. 208^a 30 220^a inf 222^a 10 τὸ δὲ νῦν ἐστὶ συνέχεια χρόνου (Prantl I. VI 181.) Adde Plat. Tim. 37^a: et ibd. Syrian. in Procli commentario. Cf. Br 102^a. Λέγω δὴ ὅτι τὸ μὲν ἁπλῶς σημαίνοι ἂν τὸ ἀορίστως, ἁπλῶς οὕτως εἰπεῖν, τραγέλαφος ἦν ἢ τραγέλαφος ἔστιν ἢ τραγέλαφος ἔσται, τὸ δὲ κατὰ χρόνον τὸ μετὰ προσθήνης (sic Br, sed fol 24^b Ven. προσθήκης recte) τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἦν ἢ ἔσται, οἷον τραγέλαφος ἦν χθὲς ἢ πέρυσιν ἢ ἔσται αὔριον ἢ εἰς τὸ ἑξῆς ἔτος.

44. Amm. fol 25^a Ὅτι μὲν εἰκότως προτετίμηται τὸ ὄνομα τοῦ ῥήματος ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, φανερόν· τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα τὰς ὑπάρξεις σημαίνουσι τῶν πραγμάτων, τὰ δὲ ῥήματα τὰς ἐνεργείας ἢ τὰ πάθη, προηγοῦνται δὲ τῶν ἐνεργειῶν καὶ τῶν παθῶν αἱ ὑπάρξεις.

45. Quoniam de nomine agitur atque Probus statuit, differentiam inter librum de categoriis et librum de interpretatione positam esse in distinguendis vocibus simplicibus in nomen et verbum, haec disputatio prooemio aptior h. l. instituta est. Contra Amm. loco magis idoneo continuo post initium libri f. 9^b inf: Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, διὰ τίνα αἰτίαν ἐν παντὶ τῷ βιβλίῳ τῶν κατηγοριῶν περὶ ἁπλῶν φωνῶν πραγματευσάμενος, ἐνταῦθα πάλιν περὶ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων προτίθεται λέγειν, ὧν ἑκάτερον δῆλον ὅτι ἁπλῆ ἐστὶ φωνή. πρὸς ὃ ῥητέον, ὡς ἁπλῆ φωνὴ καὶ ὄνομα καὶ ῥῆμα καὶ φάσις καὶ ὅρος τῷ μὲν ὑποκειμένῳ ταὐτά ἐστιν ἀλλήλοις, τῇ δὲ σχέσει μόνῃ διαφέρουσιν fol 10^a .... ὅταν μὲν γὰρ τὰς ἁπλᾶς φωνὰς ὡς σημαντικὰς τῶν πραγμάτων οἷς ἐτέθησαν θεωρῶμεν, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἁπλᾶς φωνὰς προσ-

ἀγορεύομεν αὐτάς, οὐ διορίζοντες κατὰ τοῦτο τὰ ὀνόματα τῶν ῥημάτων κτλ. fol 10ᵇ sup. τὸ δὲ τῶν κατηγοριῶν βιβλίον περὶ μόνον ἁπλῶν φωνῶν ἡμᾶς ἐδίδαξεν, οὐδὲν πολυπραγμονῆσαν τὴν τῶν ὀνομάτων πρὸς τὰ ῥήματα διαφοράν κτλ.

46. Cod. optime ܠܫܘܪܝܐ secundum pronuntiationem. Vocales enim correptae sive i sive etiam a iuxta consonantem gutturalem vel emphaticam ut u brevis sonant. Quod didici e Syro mecum sermonem facienti. Neque enim frustra legi Lagardium in Reliquiis iur. eccl. Graece 1856 p. 96.

47. Consentaneum erat emendare ܦܐܠܘܪܝܘܣ , quamquam ne aliae quidem coniecturae deficiunt.

48. Φωνὴν pro genere accipi dicens Probus, quid sibi velit, illustrat Amm. f. 25ᵃ Br 102ᵃ 37. Ἐν δὲ τῷ ἀποδεδομένῳ τοῦ ὀνόματος λόγῳ παρείληπται ἡ μὲν φωνὴ ὕλης ἔχουσα λόγον πρός τε τὸ ὄνομα καὶ τὸ ῥῆμα καὶ τὸν ἐκ τούτων συγκείμενον λόγον, ὡς γένος τῆς κατὰ τὸ ὄνομα φωνῆς πρὸς διάκρισιν τῶν ἁπλῶς ψόφων, οἳ καὶ ἀπὸ ἀψύχων πολλάκις γίνονται σωμάτων· διαφέρει γὰρ ὁ ψόφος τῆς φωνῆς ὡς γένος εἴδους, καὶ ψόφος μέν ἐστι πληγὴ ἀέρος αἰσθητὴ ἀκοῇ, φωνὴ δὲ ψόφος ἐξ ἐμψύχου γινόμενος ὅταν διὰ τῆς συστολῆς τοῦ θώρακος ἐκθλιβόμενος ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ὁ εἰσπνευσθεὶς ἀὴρ προσπίπτῃ ἀθρόως τῇ καλουμένῃ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ καὶ τῇ ὑπερῴᾳ ἤτοι τῷ γαργαρεῶνι. Probus videtur legisse ἐμψύχου sine ἐξ vel potius ἔμψυχος; ἐκθλίβηται .... προσπεσών, nisi vis imperitiae tribuere quae diversa sunt.

49. Amm. f. 25ᵇ paullo aliter idem.

50. Similiter sed multo loquacius Amm. 27ᵃ.

51. Amm. f. 27ᵇ. Ζῷον λογικὸν θνητόν. Cetera paullo diverse; sed de τοιούτῳ λόγῳ ἀτελεῖ πρὸς ἀπόφανσιν ὄντι loquens recte ἔστι omisit, Probo retinente ܐܝܬܘܗܝ. Vocabulo ὅρος non utitur Amm. neque Boethius, p. 220 et 310 diverso exemplo utens, definitionem commemorat.

52. Prospicit ad ipsius Aristotelis definitionis illustrationem restrictionemque inde a 16ᵃ 23 usque 16ᵇ 5, ubi tamen Ar. verbis minime utitur. Immo vero haec a commentatore ad suum arbitrium ex Aristoteleis efficta, in fine huius disputationis (cf. adn. 127) a Probo collecta repetuntur. Ceterum cum in protheoria stet, totius capitis recenset argumentum, verba Ar. non accurate referens. Ammonius haec non ita, nec Boethius.

53. De his ap. Amm. f. 34ᵇ et res copiosior et verba plura, cf. Boeth.

54. Amm. f. 36ᵃ (om Br) Ἐν δὲ τούτοις ὁ Ἀριστοτέλης διακρίνει τοῦ ὀνόματος τὰς πτώσεις, καὶ ταῦτα οὐχ ὁμοίως τὸν ἀποδεδομένον τοῦ ὀνόματος ὁρισμὸν ἐπιδεχομένας, τῷ τὸ μὲν ὄνομα μετὰ τοῦ ἔστιν ἢ ἦν ἢ ἔσται ἀληθεύειν

ἢ ψεύδεσθαι, τὰς δὲ πτώσεις μηκέτι· ὁ μὲν γὰρ εἰπὼν Φίλων ἐστὶν ἢ Φίλων ἦν ἢ Φίλων ἔσται ἢ ἀληθὲς εἶπεν ἢ ψεῦδος κτλ. Cf. Prantl I p. 143.

55. Quae h. l. Pr. per ἀπορίαν et λύσιν praebet, a Porphyrio proficiscuntur. V. Amm. f. 27 (Br 102 [b] 16) Καλῶς οὖν ὁ φιλόσοφος Πορφύριος ἐπεσημήνατο, ὀνόματα μὲν τὸ σημερινὸν καὶ χθεσινὸν καὶ περυσινὸν χρόνου δηλωτικὰ ὄντα, ἀλλ' ὡς αὐτόθεν σημαίνοντα χρόνον τινά, καὶ οὐχὶ προσσημαίνοντα καθάπερ τὰ ῥήματα. τούτων γὰρ ἕκαστον προηγουμένως μὲν ἐνέργειάν τινα ἢ πάθος σημαίνει, κατὰ δεύτερον δὲ λόγον καὶ τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἐνεργεῖν ἢ πάσχειν συμβέβηκεν· ὥσπερ τὸ περιπατῶ πρώτως μὲν τὴν τοιάνδε τοῦ σώματος κίνησιν δηλοῖ, δευτέρως δέ γε τὸν νῦν χρόνον κτλ. Pro περιπατῶ Pr. exemplum Aristotelis proprium ὑγιαίνειν usurpat. Cf. Boeth. p. 309.

56. Eandem quaestionem attigit Amm. f. 27 [b] (Br 102 [b] 35) qui suo loco (16 [b] 31 Br 108 [a] 16sq.) copiose exposuit praebuitque, quibus Waitzio opitulans Pacium ad hunc locum (16 [a] 25) refellas, cf. Waitz Org. I p. 330. Animadvertendum autem, versionem x 16 [b] 31 pro μῦς dare ܥܙܐܝܠܐ = τραγέλαφος, quo eodem iam 16 [a] 16 erat usa. Qua de re, si scirem quid codex Parisinus Vaticanusve praeberet, certius possem iudicare. Nunc vero non putem τραγέλαφος a translatore in Graeco codice repertum, sed nescio qua negligentia aptioris utique vocabuli ܥܘܩܒܪܐ loco expressum. Atque quid Probus illo loco expresserit, nisi hinc concludimus, ne scimus quidem. Concludere autem necessario nequimus, videntes τραγέλαφον eum in textu per ܥܙ ܐܝܠܐ, in commentario et remoto quidem loco p. 77, 11 per ܬܝܫ ܐܝܠܐ dedisse. Neque tamen, siquid video, istud μῦς expressisset Pr., nisi in Graeco comm., quem sive vertit, sive excerpsit, repperisset.

57. De definitionis compositione cf. Prantl. I p. 222. 228. 234. Waitz. Org. p. 278—279. e. gr. Metaph. 1037 [b] 29. Οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστι ἐν τῷ ὁρισμῷ πλὴν τό τε πρῶτον λεγόμενον γένος καὶ αἱ διαφοραί. v. Porphyr. isag. f. 37 [a] ibd. Amm. comm. f 38 [a]. Πᾶς γὰρ ὁρισμὸς ἐκ γένους σύγκειται καὶ διαφορῶν συστατικῶν τοῦ ὁριζομένου. Cf. idem apud Avicennam Prantl II p. 331. a. 110. cl. Prantl I p. 627—631. — Diverti si licet h. l., Prantlium confirmaturus sum legentem I, XI a. 58. cum A apud Porphyrium cap. 17 (Br 6 [b] 2) pro ἐπουσιώδη, ἐπεισοδιώδη. Arabs enim (Peterm. 9 f. 67 [v]) pr فاما الاعراض فحدوثها بعد الانواع وطبيعتها دخيلة τὰ δὲ συμβεβηκότα ὑστερογενῆ (πέψυκε om) καὶ ἐπεισοδιώδη τὴν φύσιν ἔχει. Syr. ibd. defecit.

58. De inani hac disputatione v. imprimis Amm. f 14 [b] cl. Michaele

Ephesio ap. Br 107ᵇ adn. Dicitur autem ab Ammonio f. 32ᵇ (Br 103ᵇ 29) Alexander Aphrodisiensis ,ὁ ἐξηγητής' syllogismum exposuisse, qui videatur probare, solum secundum naturam nomina et verba esse: Τὰ γὰρ ὀνόματα, φησί, καὶ τὰ ῥήματα φωναί, αἱ δὲ φωναὶ φύσει· τὰ ἄρα ὀνόματα καὶ τὰ ῥήματα φύσει. πρὸς ταῦτα τοίνυν ῥητέον ὅτι τὰ ὀνόματα καὶ τὰ ῥήματα οὐχ ἁπλῶς ἂν λέγοιντο εἶναι φωναί, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὕλην. κτλ. Hunc Ammoni locum quodammodo a Prantlio (I p. 627 a. 27) dissentiens minime puto Boethio (p. 298. 301. 302. 303. 323.) repugnare, qui una cum Aspasio ,aliqua positione voces significare' affirmat, eo equidem nitens argumento, quod iam ne dicitur quidem, Alexandrum ipsum probasse, quam hominum examinationi proponit (ἐκτίθεται) explicatque (idem ἐκτίθεται) sententiam, sed potius et ipsam, quae ab Ammonio prolata est, refutationem ex Alexandri scripto promptam esse suspicor. — Michaelem autem Ephesium, quodsi (Br 103ᵇ adn.) ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, inquit, φύσεις μόνον αὐτά φησι, id cum Leone Magentino f. 5 ex Ammoni loco laudato conclusisse censeo.

59. Idem respondet Amm. l. modo l. Deinceps vero ,genus' nominis ,notam' σύμβολον facit, ut constituat talem definitionem (fol 33ᵃ): Τὸν ὄντως ὁρισμόν: σύμβολον ἐκ φωνῆς σημαντικῆς κατὰ συνθήκην ἄνευ χρόνου ἧ μηδὲν μέρος ἐστὶ σημαντικὸν κεχωρισμένον ὑπάρξεώς τινος ἢ προσώπου δηλωτικόν. Cf. Bâzwâð logicus cod. Peterm. 9 f 191ʳ—ᵛ. ܡܠܐ ܡܫܘܕܥܢܝܬܐ ܡܬܬܣܝܡܐ . ܡܛܠ ܕܟܠ ܫܡܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܡܫܘܕܥܘ ܡܫܘܕܥ . ܗ̄ . ܐܘ ܠܩܢܝܢܐ ܀ ܐܘ ܠܦܪ̄ܨ : (ܠܦܪܨܘܦܐ) ܐܘ ܠܦܘܪܫܢܐ : ܐܘ ܠܙܒܢܐ ܀ De ratione quae intercedit inter ὕλην atque γένος secundum Arist., cf. ipse 1058ᵃ 22. Τὸ δὲ γένος ὕλη οὗ λέγεται γένος. cf. 1024ᵇ 8. 324ᵇ 4. Τὴν μὲν γὰρ ὕλην λέγομεν ὁμοίως ὡς εἰπεῖν τὴν αὐτὴν εἶναι τῶν ἀντικειμένων ὁποτερουοῦν, ὥσπερ γένος ὄν. v. Waitz Org. II p. 402—404. Qui vero tolleret hanc ἀπορίαν, hic locus est: Met. 1037ᵇ 29. (Prantl I p. 232. a. 348.) Εἰ οὖν τὸ γένος ἁπλῶς μὴ ἔστι παρὰ τὰ ὡς γένους εἴδη, ἢ εἰ ἔστι μέν, ὡς ὕλη δ' ἐστίν. ἡ μὲν γὰρ φωνὴ γένος καὶ ὕλη κτλ. — Cf. etiam Amm. ad Porphyr. isag. f. 72ᵇ v. Br 3ᵇ 28. Alfarabium aliosque hanc nominis definitionem crisi perstrinxisse, docet Prantl II, XVI, 37. ibd. 210. 211.

60. Simile quid nostri pr Amm. fol. 33ᵇ: Ὡς εἴ τις θρόνον (ܬܪܘܢܘܣܐ) δηλῶσαι βουλόμενος αὔταρκες ἡγεῖται πρὸς τὸ παραστῆσαι αὐτὸ τὴν ἔννοιαν τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἔστι ξύλον τοιῶσδε ἐσχηματισμένον, καίτοι δυνατὸν ὂν ἀκριβολογούμενον λέγειν, ὅτι ἔστι σκεῦος πρὸς τόδε χρήσιμον ἐκ ξύλου τοιῶσδε ἐσχηματισμένον. Syr non ἐκ πέτρου = ܡܢ ܟܐܦܐ sed πέτρινον = ܕܟܐܦܐ leg. Vide autem, quam violenter bonam vernaculae linguae indolem dissimu-

laverit. Cuivis enim homini gente oriundo Semitica dicere vel nudum licuisse illud ܟܐܦܐ , Fleischer docuit in diss. de appositionibus nominalibus.

61. Haec, nisi e Graeco nescio quo ducta, — memineris enim Herodotei illius γῆ τε καὶ ὕδωρ subiecti populi signi — Syriacam loquendi consuetudinem arguant. Simile est Anglorum: „brandy and water" pro composito ex ambobus potu. Etenim quae contra dicuntur nihil refellunt. Ceterum lutum = ܛܝܢܐ = πηλός. In geoponicis Lagardio debitis ܟܪ̈ܒܐ = gleba 8, 13. ܚܘܪܐ ܟܪ̈ܒܐ = λευκάργιλλον 10, 16 (Graece 2, 37, 3.) ܟܪ̈ܒܐ = humus Matth. 13, 5.

62. De ܠܗ in ܠܗ ܩܛܠ̣ܗ v. Hoffmanni Gramm. Syr. p. 320, 6.

63. Desiderat enim Pr. in duriori Arist. constructione verba, quae mox supplet. Rem Amm. om, Boeth. explicat I p. 310 inf.

64. Ὧν οὐδέν. Amm. f 34ª (Br 104, 4) ἢ ἀντὶ τοῦ οὐδεὶς εἴρηται· ὧν ψόφων οὐδείς ἐστιν ὄνομα. Pro ܗܠܝܢ leg ܕܗܠܝܢ.

65. Amm. fol. 35ª. Ἐπεὶ δὲ ὑπέλαβεν ἄν τις, ἢ ἀποφάσεις εἶναι τὰς τοιαύτας φωνὰς διὰ τὴν τοῦ ἀρνητικοῦ μορίου προσθήκην ἢ ὅλως λόγους, διότι σύνθεσίν τινα ἐμφαίνουσι, διὰ τοῦτο ἐπισημαίνεται ὡς οὐδέτερον τούτων δυνατὸν αὐτὰς ὀνομάζειν οὔτε ἀπόφασιν οὔτε ἁπλῶς λόγον κτλ.

66. Cum apte, quae cod pr, non possim explicare, ita emendo ܐܝܬ ܠܗܝܢ ܠܦܛܘ̈ܣܝܣ = τὰ αὐτά ἐστι ταῖς πτώσεσιν ἃ καὶ ὀνόματι. Ex hac explicatione videtur profecta esse versio x p. 25, 10. Ceterum v. Amm. f 38ᵇ (Br 105ª 30).

67. Cum his cf. quae Amm. l. l. et maxime f. 36ª praebet.

68. Idem Amm. f. 36ª, sed exemplis differens, pr: υἱός, οὗτος, ἀγρός, φίλος.

69. ܪܚܡ ܦܣܝ̈ܩܘܬܐ = φιλοσύντομος ap. David. ad categ. Br 41ª 34. — Haec similiter, sed minus in membra discerpta pr Amm. f. 39ª inf Ἅτε δὲ συντομίας ὢν ἐραστὴς ὁ Ἀριστοτέλης ὅσα κοινὰ ἦν τῷ ῥήματι πρὸς τὸ ὄνομα ὑπερβὰς ὡς ἤδη ῥηθέντα ἐν τῷ τοῦ ὀνόματος λόγῳ ἀπὸ τοῦ καθ' ὃ διαφέρει τὸ ῥῆμα τοῦ ὀνόματος, διαφέρεται δὲ τῷ προσσημαίνειν χρόνον, ποιεῖται τὴν περὶ αὐτοῦ διδασκαλίαν.

70. Amm. l. l. 39ᵇ pergit: ἀλλ' εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, τί δή ποτε προστίθεται τὸ, οὗ μέρος οὐδὲν σημαίνει χωρίς, ὅπερ καὶ ἐν τῷ λόγῳ τοῦ ὀνόματος παρείληπται; Quae deinceps sequitur solutio Ammoni, a Probiana plane differt.

71. Haec nec ap. Amm. nec Boeth. suis locis, qui ad 16ᵇ 21 (ἀλλ' εἰ ἔστιν ἢ μή, οὔπω σημαίνει [τὰ ῥήματα] contrarium probant. Probus

quoque ad 16^{b} 21 hanc ipsam quaestionem taugens, ea tantum ratione verba ‚scribit ܟܬܒ‘ ‚ambulat ܡܗܠܟ‘ affirmat verum aut falsum significare, quoad ‚is‘ sive ‚hic‘ aliudve subiectum subintelligatur. Cf. tamen ap. Amm. f. 44^{b} Σαφέστερον δὲ νῦν αὐτὸ κατασκευάσαι βουληθεὶς διὰ τὸ δεῖξαι τὸ μάλιστα δοκοῦν ἐν ταῖς ἁπλαῖς φωναῖς ἀλήθειαν δέχεσθαι καὶ ψεῦδος, τὸ ῥῆμα λέγω μηδέτερον τούτων σημαίνειν. Porro f. 24^{a}: Εἰ δέ τις ἀποροίη, πῶς ὁ Ἀρ. εἶπε μηδὲν μήτε τῶν ὀνομάτων μήτε τῶν ῥημάτων ἀληθείας ἢ ψεύδους ὑπάρχειν δεκτικόν, καίτοι σαφέστατα τῶν τοῦ πρώτου παρὰ τοῖς γραμματικοῖς λεγομένου προσώπου ῥημάτων πάντων ἢ ἀλήθειαν ἢ ψεῦδος δηλούντων, ὡς ὅταν εἴπω περιπατῶ καὶ τῶν τοῦ δευτέρου, ὡς τὸ περιπατεῖς, καὶ τῶν τοῦ τρίτου ὅσα ἐπί τινος ὡρισμένου λέγεται, ὡς τὸ ὕει ἢ βροντᾷ ἢ ἀστράπτει: ῥητέον ὅτι οὐ τὰ ῥήματα αὐτὰ καθ' ἑαυτά ἐστι τὰ τὴν ἀλήθειαν ἢ τὸ ψεῦδος σημαίνοντα, ἀλλ' ἡ τῶν τοιούτων ῥημάτων πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν προσώπων, ἐφ' ὧν λέγονται, συμπλοκή· καὶ γὰρ εἰ μὴ κατ' ἐνέργειαν ἐκεῖνα λέγονται, ἀλλὰ προσυπακούονταί γε τοῖς μὲν τοῦ πρώτου προσώπου τὸ ἐγώ κτλ. mox: καὶ διὰ τοῦτο ὅσα τῶν τοῦ τρίτου προσώπου ἐπὶ μηδενὸς λέγεται ὡρισμένου, οὐδὲν οὔτε ψεῦδος οὔτε ἀληθὲς σημαίνει ὡς τὸ περιπατεῖ· μὴ γὰρ ὄντος δήλου περὶ τίνος λέγεται τὸ περιπατεῖ, οὐδὲν ἂν οὔτε ἀληθὲς οὔτε ψεῦδος σημαίνοιτο. cf. Amm. ad categ. 13^{b} 2 fol. 160^{a}. — V. etiam Prantl I p. 438 (et corrige eundem ibd. p. 667 a. 30.). — Ceterum mirum quod, cum explicet, cur verbi pars nulla significet separatim, orationis, non verbi partes respicit, quod tamen recte facit Boethius, perversitatis auctorem Porphyrium (Br 105^{b} 21) tunc quidem non sequens.

72. Falsam memoria fretus versionem repetivit h. l. Probus dicens: ‚verbi signum esse, semper de aliis praedicari‘ cum debuisset exprimere ‚verbum signum esse eorum, quae de aliis (perseverat enim in legendo καθ' ἑτέρων) dicantur.‘

73. De verbo subiecti vices gerenti v. Amm. f. 41^{b} — 42^{a} (Br 106^{a} 31). Quodsi Syr literam ܗ solam statuit articulum Graecum exprimere, errat. Nam etiam h. l. ut alibi persaepe ܗ ܗܘ conjuncta articulum reddunt. Cf. etiam p. 77, 23—27.

74. Haec ad verbum fere Amm. f. 40 b (Br 106^{a} 4).

75. De duplici lectione nihil Pr. v. p. 6, 10. — De praedicatione in subiecto et de subiecto v. Amm. f 40^{b} (Br 106^{a} 14), qui tamen de generibus praedicationum ibidem non dicit. Copiosissima autem de homonymis synonymis paronymis heteronymis inde a Speusippo, Boetho, ad auctorem libri categoriarum et Porphyri usque exstitit disserendi consuetudo cuius specimina vide ap. Br p 40^{b} — 43 cl. Prantl I in indice s. v. synonym.

V. Boethium in categ. cap. I. — De synonyma praedicatione de subiecto v. praesertim Amm. ad categ. 3 [a] 34, et Simplicium ed. Basil. fol. 1551. fol. 25, Δ—Z; id. fol. 13 Γ. (ad categor. 1 [b] 10) Εἰπὼν τί οὐκ ἔστι καθ' ὑποκειμένου, νῦν τί ἐστι λέγει ὅτι τὸ συνωνύμως καὶ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖσθαι τοῦτό ἐστι τὸ καθ' ὑποκειμένου λέγεσθαι. Id. f. 13 Δ. Ἀλλ' εἰ τὸ καθ' ὑποκειμένου λέγεσθαι ταὐτόν ἐστι τῷ συνωνύμως κατηγορεῖσθαι ἐπειδὴ ὁ ὁρισμὸς συνωνύμως κατηγορεῖται τοῦ κεφαλαιώδους· ὁ γὰρ ἄνθρωπος ζῶον λογικὸν θνητόν ἐστιν, εἴη ἂν καὶ ὁ ὁρισμὸς τοῦ ἀνθρώπου καθ' ὑποκειμένου τοῦ ἀνθρώπου λεγόμενος. Cf. eundem f. 22 [a] B. T.

76. Ad verbum congruit Avicennae oratio ap. Prantl II p 325 a. 92. Log. f. 3 v. B. ‚Enumerabimus ergo partes universales secundum quod comparatur ad particularia univoce (συνωνύμως cf. Boethius) e t d a t e i s n o m e n e t d i f f i n i t i o n e m.‘ Cf. ibd. p. 307, 31. p. 363, 248.

77. Exemplum τὸ περιπατεῖν (sive τὸ βαδίζειν) κινεῖσθαί ἐστιν saepe ap. Amm. e. gr. ad h. l. f. 41 [a], cl. 41 [b], 42 [a].

78. Hanc divisionem praedicationis ‚in subiecto‘ in aequivocam, denominativam, diversivocam apud commentatorem inveni nullum. Quamquam Ammonius cum ceteris ut Simplicio, Michaele Psello, Leone Magentino distributionem in οὐσιῶδες atque ἐπουσιῶδες (συμβεβηκός) (ap. Boeth. substantiam — accidens) statuens, exemplum ‚homo albus‘ ad praedicatum in subiecto refert. Ceterum duo illa (ἑτερωνυμίαν enim Aristoteles nusquam respexit) κατὰ συμβεβηκὸς praedicari iam secundum Aristotelis sententiam perspicuum est e Topicorum locis 109 [b] 5, 111 [a] 34 (παρωνύμως) 245 [b] 16 (cf adn. 80) 110 [b] 16. Idem pr glossa ms. Peterm. 9 f 183 [r] ܒܪ̈ܢܫܐ ܐܝܟ ⁖ ܗ̄ ⁖ [illegible].

79. Cod ‚nomen‘ intrusit, quod cum non videam quid sibi velit, ἐπεισοδιῶδες arbitratus, uncis inclusi.

80. E. gr. cum de homine per poeticam comparationem quaevis res praedicatur. Obscura prope brevitas Probi. Cf. Aristot. 245 [b] 16. Καὶ οὐ μόνον οὕτως ἀλλὰ καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ θερμὸν χαλκὸν λέγομεν ὁμωνύμως τῷ πάθει προσαγορεύοντες τὴν ὕλην.

81. cf 78. — ‚differenter‘ cf. Amm. categ. f. 27 [a] Ἀνάγκη δὲ ἐπὶ τῶν παρωνύμων τέσσαρα ταῦτα παρεῖναι, κοινωνίαν πράγματος καὶ διαφορὰν πράγματος, κοινωνίαν ὀνόματος καὶ διαφορὰν περὶ τὴν τελευταίαν συλλαβήν. Cf. cum h. l. Avicennam (Prantl II p 325, 92) ‚Praedicatio . . fit . . . . . denominative ut albedo de homine, dicitur enim homo albus et habens albedinem nec dicitur esse albedo‘. Simpl. fol 6 A. Τὰ παρώνυμα λεγόμενα, ὅταν ἀπὸ τῆς λευκότητος λευκὸν λέγηται.

82. De heteronymia paullo obscurius. Nec video, quomodo conveniat cum his heteronymiae definitio a Graecis identidem tractata. v. Simplic. ad categ. 9 A. Ἑτερώνυμα δέ ἐστι τὰ καὶ τοῖς ὀνόμασι καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς λόγοις ἕτερα, οἷον γραμματική, ἄνθρωπος, ξύλον. (Haec quidem Speusippi definitio) Antea f. 6 A. Τὰ δὲ μήτε κατὰ τὸ ὄνομα μήτε κατὰ τὸν λόγον κοινωνοῦντα καλεῖται μὲν ἑτερώνυμα· ἔστι δὲ κατὰ τὸ ἀληθὲς ἕτερα καὶ μάλιστα ὅταν μηδὲ ὑποκείμενον ἔχωσι κοινόν, ὡς ἡ ἀνάβασις καὶ ἡ κατάβασις τὴν κλίμακα· τὰ γὰρ τοιαῦτα μᾶλλον ἂν ἑτερώνυμα λέγοιντο. Eadem fere Amm. ad categ. f. 18ᵇ. Cum Graecis consentit Bâzwâδ Pet. 9 f. 193ʳ s. v. ܡܫܘܬܦܘܬܐ cuius communionis post ceteras quartam speciem hanc constituit: (ܡܫܘܬܦܘܬ ܫܡ̈ܗܬܐ) ܐܘ ܠܐ ܒܫܡܐ̣ ܘܠܐ ܒܬܘܡܐ ܐܝܟ ܣܠܩܐ ܘܢܚܬܐ ܘܣܘܣܝܐ.

83. Cf. Amm. f. 42ᵇ inf. — 43ᵃ.

84. Haec neque ex Ammonio neque Boethio. At unde?

85. Ad versionem intelligendam Bâzwâδ f. 191ᵛ inf. s. v. ܚܠܡܬܐ haec ܚܠܡܬܐ ܟܕ ܕܐܢܫ ܗܘܐ ܐܬܚܠܡ. ܐܝܟ ܕܐܢ ܢܐܡܪ ܐܢܫ ܕܚܠܡ ܒܢܝܢܐ ܚܠܝܡ. ܟܕ ܕܚܠܝܡ ܥܬܝܕ. ܘܟܕܢܐ ܕܡܦܩܕ. ܘܐܢ ܢܐܡܪ ܕܐܬܚܠܝܡ. ܥܬܝܕ ܘܟܕܢܐ ܗܘ ܕܚܒܝܪ. ܘܐܢ ܢܐܡܪ ܕܡܬܚܠܡ. ܥܬܝܕܟܢܝܐ sic ܗܘ ܕܚܠܡ. Participio ܡܬܚܠܡ futurum ὑγιανεῖ etiam a Probo vertitur.

86. Similia Amm. f. 43ᵃ.

87. Literam ܐ quae Aristotelis orationem designat et mox ܦ quae Probi, om librarius.

88. ‚Nomina' ܫܡ̈ܗܐ pluralis num. propter praecedens collectivum ܟܠ ܡܕܡ ad synesin positus est. Exempla ap. Uhlemann Gram. d. Syr. Spr. § 80, A, 1 Hoffmanni Gr. Syr. libr. III p. 307 adn. 2 differunt. — Amm. 37ᵛ, 48ᵛ.

89. Similiter Amm. f. 45ᵃ, multo loquacius Boeth. p. 315 seq. Michael Psellus, ut videtur ex Amm. excerpta breviora pr f 2ᵛ ed. Ald. 1503.

90. Amm. f. 45ᵃ. Σημαίνει δὲ αὖ μόνον τῷ μὲν ἔστι, τὴν κατάφασιν, τῷ δὲ ἢ μή, τὴν ἀπόφασιν· ἢ μᾶλλον τὸ εἰ μὲν ἔστι, τὸ ἀληθές, τὸ δὲ ἢ μή, τὸ ψεῦδος· ὁ μὲν γὰρ ὡς ἔστι τὰ ὄντα καὶ ἔχει φύσεως, [λόγον ?] λέγων τὰ ἀληθῆ λέγει· ὁ δὲ ὡς οὐκ ἔστι, ψευδῆ.

91. De hac ἀπορίᾳ cf. adn. 71. Ceterum v. Schoemann, Die Lehre von den Redetheilen nach den Alten, Berlin 1862 p. 28. Quo libro lectitato Arabum doctrinae grammaticae perito cui non permultae cum Graeca doctrina comparationes similitudinesque in mentem veniunt? Ac mihi quidem dubium non est, quin talium doctrinarum apud

Arabes origines scrutantem etiam ad Graecos ascendere grammaticos oporteat.

92. I. e. unum e pronominibus supra commemoratis ut ὁ, οὗτος, τίς.

93. Graece = Ἄλλως δέ; inducitur igitur altera illius ἀπορίας λύσις.

94. V. 16^{a} 16 cf. et adn. 56 Amm. f. 44^{b}.

95. Haec quoque monitio e Graeco ducta. Fuerunt enim tam insulsi generis homines, qui in Aristotelem increparent, si quando huiusmodi differentiam definitioni inserere supersedit. E quibus Herminum in simili quaestione refutat Amm. f. 43^{a}. cf. Prantl. I p. 545.

96. a) Ἔστι δὲ τοῦτο κατασκευὴ ἀπὸ τοῦ μᾶλλον, περὶ τὸ μὴ δέχεσθαι τὰ ῥήματα τὸ ἀληθὲς ἢ τὸ ψεῦδος. εἰ γὰρ τὰ ἀρχοειδέστερα καὶ κοινότερα τῶν ῥημάτων καὶ εἰς ἃ πάντα τὰ ἄλλα ἀναλύεται αὐτὸ προσεχῶς τὸ ὑπάρχειν 45^{b} ἢ μὴ ὑπάρχειν σημαίνοντα καθ' ἑαυτὰ λεγόμενα μὴ ἀληθεύει ἢ ψεύδεται, πολλῷ δήπου μᾶλλον τὰ ἄλλα ῥήματα οὐκ ἄν τι δέχοιντο τούτων. ἀλλὰ μὴν εἰ τὸ πρῶτον, καὶ τὸ δεύτερον ἄρα. πάντων δὲ λαμβάνει τῶν ῥημάτων ἀρχοειδέστερα καὶ κοινότερα καὶ εἰς ἃ πάντα τὰ ἄλλα ἀναλύεται τὸ ἔστι καὶ τὸ οὐκ ἔστιν ἅπερ εἶναι καλεῖ καὶ μὴ εἶναι, ὡς ἂν ἑκάστου τῶν ῥημάτων εἰς ταῦτα μετὰ μετοχῶν ἀναλυομένου καὶ θατέρου τούτων τῶν μὲν ὡρισμένων εἰς τὸ ἔστι, τῶν δ' ἀορίστων εἰς τὸ οὐκ ἔστιν, οἷον τρέχει, τρέχων ἐστίν· ὑγιαίνει, ὑγιαίνων ἐστίν...... εἰ τοίνυν ταῦτα οὕτως ἔχοντα μηδὲν καθ' ἑαυτὰ σημαίνει ἀληθὲς ἢ ψεῦδος, πῶς ἂν ἔχῃ λόγον τὰ ὕστερα τούτων κτλ. Amm. f. 45^{a}. — Tota haec disputatio de solutione verbi finiti in participium cum εἶναι orta videtur peripateticis e loco perih. 21^{b} 11; Analyt. prior. 1, 46 p. 51^{b} 13. Metaph. Δ, 7 p. 1017^{a} 22. v. Schoemann, Redetheile p. 34, adn.

b) Vox ܬܦܢܝ̈ܬܐ = πρωτότυπα = ἀρχοειδέστερα. Exempla tantum scribens de etymologia ad glossarium ablego. Bar zughbi in ms. Pet. 9 f. 11^{r}b ܐܣܟܡ̈ܐ [ܕܡܠܬܐ] ܬܪܡ ܐܬܦܢܣ . ܬܦܢܝܬܐ ܘܡܬܬܬܢܝܬܐ .. ܐܣܟܡ̈ܐ ܬܦܢܝܬܐ ܐܝܟ ܬܪ̈ܬ ܐܝܟ ܦܣܩ ܐܝܟ. ܘܐܣܟܡ̈ܐ ܡܬܬܬܢܝܬܐ .. ܡܬܬܪ̈ܬ ܐܝܟ ܡܦ̈ܩܣ ܐܝܟ .. ibd. f. 18^{r}b in. ܡܠܬܐ ܬܦܢܝܬܐ. Iam ex eod. ms. f. 180^{r}, 8 fragmentum Davidis bar Pauli satis curiosum addo hoc: ܬܘܒ ܕܕܘܝܕ ܒܪ ܦܘܠܘܣ ܠܐܢܫܬ . ܪܝܫ .. ܬܘܣܝܣ ܐܠܐܣܟܡ̈ܐ ܐܠܐܣܟܡܘܬܗ ܥܠ ܣܟܡܐ ܐܠܐܝܙܐ : ܡܕܢܚܐ ܕܬܐܒ ܕܪ ܬܦܢܝܬܐ : ܘܡܠܘܐ : ܘܡܦܪܫܐ : ܘܡܬܪܣܡ ܕܬܘܗ : ܘܦܣܝܩܬܐ ܐܝܟ ܐܠܗܐ : ܘܡܠܐ̈ܟܐ ܘܡܬܪܢܐ : ܘܐܪܫܐ : ܘܡܠܘܐ ܘܟܠ ܕܡܬܩܪܝܢ ܝܘܢ : ܝܘܢ ܬܪܝܢ̈ܐ ܡܬܪܘܬܐ ܠܦܣܘܩܐ .. ܐܝܟ ܐܠܗܐ : ܡܠܟܘܬܐ : ܥܢܢܐ : ܐܪܒܥܐ : ܘܚܢܐ : ܐܝܟ ܐܪܐ : ܥܦܪܐ ܕܩܕ ܐܪܥܐ ܘܚܢܐ ܕܩܕ ܡܢܐ : ܘܟܠ

ܕܒܫܡܐ ܗܢܐ ܀ ܗܢܐ ܕܝܢ ܠܘܬܬܐ. ܡܬܪܓܡܢܐ ܡܬܚܫܚܢܝܬܐ ܘܡܫܠܡܢܐ.
ܐܝܟ ܕܢܣܒܐ ܕܒܢ ܕܢܣܒܘܬܐ. ܘܕܗܘܐ ܕܒܢ ܕܗܘܝܘܬܐ.. ܘܦܪܘܦܪܘܣ
ܕܒܢ ܐܪܓܘܒܐ.. ܘܐܝܟ ܚܡܝܡܐ ܡܢ ܚܡܝܡܘܬܐ.. ܘܟܠ ܕܒܫܡܐ ܗܢܐ
ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܫܪܝܐ ܕܡܬܬܪܓܡܐ ܡܩܒܠܐ ܕܒܢ ܬܪܝܢ ܫܡ̈ܗܐ ܡܫܬܘܬܦܐ
ܐܝܟ ܒܪ ܚܕ ܟ̄ܠ ܀ ܒܪ ܫܒܬܐ ܀ ܒܢܝܢ ܕܡܬܦܫܩ ܒܪ ܓܒ̈ܪܐ..
ܒܗܘܢ ܐܠܗܐ ܀ ܡܫܝܚܐ ܀ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܀ ܒܟܢܘܫܝܐ ܀ ܟܠܠ
ܫܘܒ ܀ ܫܘܒܕܕ ܀ ܘܟܠ ܕܒܫܡܐ ܗܢܐ ܀ ܗܢܐ ܐܫܪܝܐ ܕܡܬܬܪܓܡܐ
ܕܒܢ ܬܠܬܐ ܫܡ̈ܗܐ ܡܫܬܘܬܦܐ ܀ ܐܝܟ ܠܒܟܪ ܒܪ ܠܒܟܪ ܀ ܘܫܘܒ
ܒܪܘܢ ܀ ܘܟܠ ܕܒܫܡܐ ܗܢܐ ܀ ܗܢܐ ܐܫܪܝܐ ܕܡܬܬܪܓܡܐ ܡܩܒܠܐ ܀
ܕܒܢ ܬܪܝܢ ܣܝܡܬܐ ܐܝܟ ܦܪܘܦܝܪܘ. ܕܐܬܘܢܣ ܦܪܘܦܝܪܐ..
ܘܗܕܢܐ.. ܦܪܘܬܘܡܝܢܐ ^sic^ ܕܡܬܦܫܩ ܡܫܬܘܬܦܘܬܐ ܕܒܢܝܐ ܀ ܐܪܝܣܛܘ
ܕܐܬܘܢܣ ܦܘܪܝܐ ܘܫܠܝܡܐ.. ܘܟܠ ܕܒܫܡܐ ܗܢܐ.. ܗܢܐ ܐܫܪܝܐ
ܡܬܩܪܐ ܡܠܬܐ ܣܡܝܪܬܐ ܘܡܫܬܡܠܝܬܐ ܐܝܟ ܦܘܐܠܝ. ܕܐܬܘܢܣ
ܐܦܘܡܝ ܕܐܠܗܐ ܀ ܫܡܘܐܝܠ ܀ ܒܠ̈ܚܝ ܒܠܚܘܕܝܐ ܀ ܪܒ ܫܬܐ ܪܒܐ
Pro ܦܪܘܬܘܡܝܢܐ scribe ܦܪܘܬܘܣܦܝܢܐ ܀ ܘܟܠ ܕܒܫܡܐ ܗܢܐ ܀ ܕܫܡܬܐ

97. Ex explicatione vocis ܡܫܬܘܬܦܘܬܐ etiam hoc concludo, Probi temporibus participi nomen non tantum innotuisse. Animadvertendum praeterea, non ܡܠܬܗ sed ܕܡܠܬܗ ab eo adpellari participium. ܡܠܬܗ enim verbi finiti loco esse solet. Quodsi participium vocari dicit a grammaticis, quia partem habeat τοῦ ܡܠܬܗ, discedit a definitione philosophica Ammoni f. 13[b] dicentis: [καὶ τὴν μετοχὴν οὕτως ἐπονομάζουσι] ὡς μετέχουσαν ἀμφοτέρων, ὀνόματός τε φημὶ καὶ ῥήματος, εἰ καὶ μᾶλλον ἀποκλίνει πρὸς τὴν ἰδιότητα τῶν ῥημάτων, χρόνων τινῶν οὖσα δηλωτική. Bâzwâd s. v. ܡܫܬܘܬܦܘܬܐ solam communitatem quantitativam et qualitativam, nequaquam participium intellegit. — Nomine autem ܡܫܬܘܬܦܘܬܐ recentiores Syrorum grammatici inde ab Elia non videntur usi esse. Quae vero eius loco esse dicitur vox ܡܠܬ ܫܡܗܐ, rem plane diversam spectat. Pravissimus enim eius verbi per ‚participium' reddendi usus omnia perturbat. V. Bar zughbi ms. Pet. 9, f. 14[r] b. ܡܠܬ ܫܡܗܐ ܠܚܕܪ ܐܬܬܣܝܡ. | ܒܝܬ ܩܠܐ ܕܒܕ ܡܬܬܦܫܩܢ. | ܕܘܒܬ ܫܡܗܐ ܘܡܠܬܐ ܡܬܠܝܡ. | ܡܢ ܕܗܘ̈ܐ ܫܡܗܐ ܡܫܬܡܠܝܐ. | ܫܡܗܐ ܐܬܬܣܝܡ ܫܪܝܪܬ. | ܘܡܢܐ ܕܐܬܦܣܝܩܬ ܐܬܘܬܗ. | ܗܘܐ ܡܠܬܐ ܡܠܬܐ (sic) ܡܬܒܨܪܘܬܗ̇. | Explicat haec Amira, Gr. Syr. Romae 1606. p. 425 sq. cf. Barhebraei Gr. Syr. ed. Bertheau Gotting. 1848 Cap. I, 41—44 et p 103. Imprimis autem Hoffmanni Gr. Syr. § 57. 177. —

98. Hoc ita intellegendum, ut πρωτοτυπία verbi ἔστιν referatur ad cetera verba, non ad nomen τὸ ὄν, a quo ducatur ἔστιν. Cf. Amm. f.

46[b]. Τὸ δέ γε οὐδ᾽ ἂν τὸ ὂν εἴπῃς αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ ψιλόν, εἴη ἂν καὶ κατὰ τὴν διήγησιν ταύτην κατασκευαστικὸν ἀπό τοῦ μᾶλλον, τοῦ μηδὲν τῶν ῥημάτων ἀληθείας εἶναι ἢ ψεύδους δεκτικόν. πῶς δ᾽ ἂν γένοιτο τοῦτο ἐκείνου κατασκευαστικόν, εἰ μὴ διὰ μέσου πάλιν τοῦ ἔστιν ὃ παρηγμένον ἀπὸ τοῦ ὄντος πάντων ἐστὶ κοινὸν τῶν ῥημάτων. — Etiam Anon. Reg. 2064 (Waitz Org. I, 39.) ὡς εἰ ἔλεγεν, οὐδὲ αὐτὸ τὸ ὄν, εἰς ὃ τὸ ἔστιν ἀναλύεται μυριάκις λεγόμενον κτλ. Ceterum de πρωτοτυπία (primitiva verbi forma) v. Eustath. ad Hom. p. 50, 38. cf. Apollon. de synt. p. 107, 12.

99. Syriaca cum Graecis infeliciter comparat. Verbum enim Graece ἔστιν Syriace ܚܝܐ = vixit, nomen autem τὸ ὂν Syriace ܚܝ = vivus (proprie ܡܠܬ ܥܒܕܐ) est. Relatis igitur ad nomen nomine, ad verbum verbo, dicendum erat: A Graeco ,on' ,estin' ducitur, ut a Syriaco ܚܝ, ܚܝܐ. At vero, quoniam id secundum Syriacae linguae naturam perversum fuisset, contrarium dixit in eoque perseverabat mox secundo loco ܚܝܐ superius nomine ܚܝ affirmans. Itaque aut parum aut perverse comparavit.

100. Pro ܗܿܘ politius erat ܒܗܿܘ ,illo', ut verti. — Amm. f. 46[b] Λέγει δὲ οὐδὲν εἶναι τὸ ὄν, οὐθ᾽ ὡς ἄσημον, οὐθ᾽ ὡς ὁμωνύμως (hoc quidem contra Alexandrum Aphrodisiensem cf. Boeth. p. 317) κατηγορούμενον κατὰ τῶν πραγμάτων· ἀλλ᾽ οὐδέν ἐστί φησιν οὔτε ἀληθὲς οὔτε ψεῦδος.

101. Eandem quaestionem Ammonius quoque in principio expositionis collocans ad priora, quae dixerit, lectorem relegat f. 47[b] Br 107[b] 25. De solutione quaestionis cf. adn. 13.

102. Κατὰ συνθήκην recte deest etiam apud Boeth. et Amm. f. 47 . Br 108[a] 4 Τὸ δὲ κατὰ συνθήκην νυνὶ παραλελεῖφθαί φαμεν, ὡς γνώριμόν τε ὂν ἐκ τῶν περὶ τοῦ ὀνόματος ὡς κατὰ συνθήκην ὄντος εἰρημένων, ἐπὶ δὲ τοῦ ῥήματος ὡς ὁμοίως ἔχοντος παραλελειμμένον καὶ ὡς ὀλίγον ὕστερον εὐκαίρως προστεθησόμενον μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι τὸν δοκοῦντα τὸν ἀντικείμενον κατασκευάζειν λόγον, ὅτι οὐ θέσει ἐστὶν ἀλλὰ φύσει, τάχα δὲ καὶ ὡς ὑπὸ τῆς ἑξῆς διαφορᾶς περιεχόμενον. Cf. adn. 114.

103. Haec quamquam diversae rei argumenta applicat Probus, cum Ammonio fere communia habet ad 17[a] 1 fol 50[a] talia locuto:

a) Συλλογισμὸν ἐλέγχει τινὰ* διὰ τούτων ὁ Ἀριστοτέλης δεικνύναι δοκοῦντα, ὡς ὁ λόγος οὐ θέσει ἐστίν, ἀλλὰ φύσει· τίς οὖν ὁ συλλογισμός; ὁ λόγος, φησίν, ὄργανόν ἐστι τῆς φωνητικῆς ἐν ἡμῖν δυνάμεως φύσει οὔσης. .... πᾶν ὄργανον φυσικῆς δυνάμεως καὶ αὐτὸ φύσει. ..... ὁ λόγος ἄρα φύσει ἐστίν, οὐδὲν ἐκ τῆς ἡμετέρας ἔχων ἐπινοίας. *) Talem syllogismum ab Alexandro Aphrodisiensi profectum esse docet Boethius p. 223. cf. Br 108[a] adn.

b) f. 50[b]: Τί ἂν οὖν εἴη τὸ ὄργανον τῆς φωνητικῆς ἐν ἡμῖν δυνάμεως, ῥη-

τέον· ἐπειδὴ φυσικὴ οὖσα δεῖται ὀργάνων καθάπερ ἑκάστη τῶν ἄλλων f 51ᵃ φυσικῶν δυνάμεων· καὶ τί οὖν ἂν αὐτῆς ὁ λόγος, ἐπειδὴ λέγεται μὴ εἶναι ὄργανον, οὐκ ἔστι φύσει, ἀλλὰ θέσει· τὰ μὲν οὖν ὄργανα τῆς φωνητικῆς ἡμῶν δυνάμεώς εἰσιν, ὅ τε πνεύμων καὶ ἡ τραχεία καλουμένη ἀρτηρία· ταῦτα μὲν ὡς ἁπλῶς φωνῆς· ὡς δὲ διαλέκτου, (vocis articulatae) τίνα ὄργανα τῆς φυσικῆς δυνάμεώς ἐστιν; ἥ τε γλῶσσα καὶ ἡ ὑπερῴα καὶ τὰ ἄλλα οὑτωσὶ λεγόμενα φωνητικὰ ἢ διαλεκτικὰ ὄργανα· ὁ δὲ λόγος εἴη ἂν αὐτῆς ἀποτέλεσμα (ܡܡܠܠܐ) κτλ. Adde mox: τὰ γὰρ ἀποτελέσματα τῶν φυσικῶν δυνάμεων οὐδὲν κωλύει θέσει εἶναι, καθάπερ ἐπὶ τῆς ὀρχήσεως ἔχει· φυσικῆς γὰρ ἐν ἡμῖν δυνάμεως οὔσης τῆς κατὰ τὸν τόπον κινήσεως ἀποτέλεσμα ταύτης ἡ ὄρχησις οὖσα θέσει ἐστί· καὶ γὰρ ἔστιν ἐν τῷ ὀρχηστῇ τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε κινοῦντι τὰς χεῖρας κτλ.

c) Ammonium tamen si ipsum excerpsisset Probus, puto nec exemplum diversum (ut ܣܦܘ̈ܬܐ ,labra‘ cf. χείλεσι f. 52ᵃ.) nec ὀρχηστύς ܐܪܟܣܛܠܘܬܐ pro ὄρχησις dedisset. Quaestionem nempe inde ab Alexandro Aphrodisiensi tritam aliunde eum duxisse eo certius iudico, cum Boethium quoque [cf. p. 323 et 324 ubi saltationis exemplum] aliunde (e Porphyrio?) sumpsisse videam.

Definitionem orationis, organi facultatis vocalis naturalis, e Probo descripsit, quicunque codici Londiniensi versionis Georgianae in margine glossas apposuit. V. p. 26 adn. 4.

104. Boethius ad 17 a 1, f. 323. ,Secundum placitum esse orationes illas, illa res approbat, quod earum partes sunt ad placitum, id est nomen et verbum etc.‘ — Ceterum ego quoque cum Waitzio hanc potissimum fuisse caussam puto, qua adductus κατὰ συνθήκην, φιλοσυντόμως omisit Aristoteles.

105. Hanc sententiam videtur Probus tale quid legens recepisse, quale exstat ap. Amm. f. 74b. Τὸ δὲ κατὰ συνθήκην νυνὶ παραλελεῖφθαί φαμεν .... τάχα .... ὡς ὑπὸ τῆς ἑξῆς διαφορᾶς περιεχόμενον. cf. adn. 102. Haec autem differentia est, quam eandem Probus respexit.

106. Amm. 39ᵇ. λεγέσθω τοίνυν πρὸς ταύτην τὴν ἀπορίαν ἐκεῖνο τὸ Πορφυρίειον, ὥς εἰσι λόγοι τινὲς ἐκ ῥημάτων συγκείμενοι, ὧν τὰ μέρη σημαντικά ἐστιν, αὐτὰ λέγω τὰ ῥήματα, ἐξ ὧν οἱ λόγοι συντίθενται, οἷον ὅταν εἴπω τὸ βαδίζειν κινεῖσθαί ἐστι. Mox asserit, talibus orationibus etiam tribuendam esse temporis adsignificationem!

106ᵃ. Suo more infinitum Graecum per ܕ cum imperfecto reddit: ܕܢܫܬܠܡܘܢ Cf. 17 a 3 ἐν ᾧ τὸ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι ὑπάρχει = ܒܗ ܕܢܫܪܪ ܐܘ ܢܕܓܠ ܐܝܬܘܗܝ p. 26, 18. 27, 19 etc.

107. ܟܢܫܐ = ›tota‘ verti, ut mihi videor, recte.

108. Idem fere Amm. f. 49[b] (om Br) tritum iam inde ab Alexandro Porphyrioque v. Boeth. p. 320.

109. In lectione igitur cum Amm. et Alexandro consentit Boethianum ,vel negatio‘ praetermittentibus. Etenim certum arbitror esse (sed Waitzius I p. 331 incertum cf. Br 108[a] adn.), ne Alexandrum quidem aliter legisse, propter hunc Boethi locum p. 320 ,Ad hanc ergo sententiam locum hunc Alexander expendit, illud quoque addens saepe, Aristotelem de affirmationibus dicere dictiones, quod distinguere volens, cum diceret ita significare partes orationis tanquam dictionem, ne forte dictionem hanc aliquis in affirmationem susciperet, addidit, ›ut dictio non ut affirmatio‘ tamquam si diceret, duplex quidem est dictio, una simplex, alia vero affirmatio.‘ Idem de Porphyrio statuo, cuius locum v. ibd. p. 322. — Ceterum quaestionem hanc ad talem rationem institutam solutamque apud Graecum repperi nullum.

109[a]. Itaque non est, cur in hunc locum offendas.

110. Discernit igitur ,dictionem‘ a dictionis vocabulorumve partibus, quae separatae non significant v. mox. cl. adn. 108.

111. Vetus est explicandi error h. l. a Probo repetitus. Insignis praeterea hic locus, ex quo perspicias, Probum alium atque Ammonium commentatorem secutum esse. Illam enim explicationem minus probabilem Amm. p. 49[b] plane praetermittit; Boethius contra profert p. 322. ,Quod enim dixerat prius, sed erit affirmatio vel negatio si quid addatur ei dictioni, quam supra simplicem esse proposuit, cum de significativa orationis parte loqueretur, nunc id adimplet et explicat, dicens: Non si quidlibet addatur simplici dictioni, statim fieri affirmationem vel negationem, nec vero orationem; neque enim, si quid non per se significativum dictioni simplici copuletur, idcirco iam vel oratio vel affirmatio vel etiam negatio procreabitur; neque enim si una syllaba hominis, quae significativa per se non est, copuletur eidem ipsi dictioni, iam ulla inde procreatur oratio etc.‘ —

112. ܠܡܠܬܐ ܐܘ ܠܫܡܐ p. 81, 10 epexegesis ad ܠܗ praecedens. ܕܒܪܐ scil. ܦܘܠܓܐ. Eocum convenit Boethius.

113. V. adn. 103.

114. Excusat expressionem: (ὥσπερ) εἴρηται = ,dictum‘ (Syr. utrumque ܐܡܝܪܐ) Vidimus namque in adn. 102. *κατὰ συνθήκην* non legi nec apud Probum nec ullam versionum ceterarum. — Ne id quidem h. l. commemorat Amm.

115. V. adn. 105.

116. Iam definitiones orationis enuntiativae Aristotelicas Probus proposuit tres quibus praemissis clarior fieret subsequens de iisdem disputatio. V. 119.

117. Alludit ad in. cap. 5. 17a 7 Ἔστι εἷς πρῶτος λόγος ἀποφαντικός, κατάφασις, εἶτα ἀπόφασις.

118. 17a 23: Ἔστι δὲ ἡ μὲν ἁπλῆ ἀπόφανσις φωνὴ σημαντικὴ περὶ τοῦ ὑπάρχειν τι ἢ μὴ ὑπάρχειν, ὡς οἱ χρόνοι διῄρηνται.

119. De genere affirmationis et negationis vetus fuit inter peripateticos dissensio. Porphyri verba haec laudat Boeth. p. 235: ‚Enunciatio vero est, in qua veritas et falsitas inveniri potest. Qua in re et affirmatio et negatio aequales sunt. Aequaliter enim affirmatio et negatio veritate et falsitate participant. Quocirca, quoniam id quod sunt affirmatio et negatio, aequaliter ab enunciatione participant, a communi eas enuntiationis genere dividi non oportet.‘ Cf. Amm. f. 14ᵃ. Οἱ δὲ ὡς γένος εἰς εἴδη, καθάπερ ὁ φιλόσοφος Πορφύριος. (et is quidem in commentariis in Theophrastum editis Boeth. p. 294.) v. Prantl I, XI; 78. — Definitiones secunda et tertia numerantur ex iis, quas modo praemisit commentator.

120. Haec Alexandri dicta nec apud Amm. nec Boeth. invenio; fuisse autem ab Alexandro in commentario eius dicta, probabilius fit, quod e vetere stoicorum sententia fuerunt, de qua doctissimo suo more egit Prantl I p. 423., e quo haec liceat subscribere: Sext. Empir. pyrrh. hyp. II, 213. Γίνεσθαι τοίνυν τὴν διαίρεσίν φασι τετραχῶς· ἢ γὰρ ὄνομα εἰς σημαινόμενα διαιρεῖσθαι, ἢ ὅλον εἰς μέρη ἢ γένος εἰς εἴδη ἢ εἶδος εἰς καθ' ἕκαστον. Hanc priorem fuisse formulam iam ex eo vides, quod eius auctor Aristoteleam, minus quam ‚ἄτομα‘ usitatam, expressionem ‚τὰ καθ' ἕκαστον‘ servavit. Ad Probianum propius accedit et ordine et dictione, quisquis scripsit ap. Becker. Anecdot. p. 679 haec: Ἔστι γὰρ (ἡ διαίρεσις) καὶ ἀπὸ γένους εἰς εἴδη — καὶ ἀπὸ εἴδους εἰς ἄτομα — καὶ ἀπὸ ὅλου εἰς μέρη (καὶ αὕτη διχῶς κτλ.) . . . . ἀπὸ ὁμωνύμου δὲ φωνῆς εἰς διάφορα σημαινόμενα, ὡς ἡ κύων φωνὴ διαιρεῖται εἴς τε τὸν θαλάττιον κύνα καὶ τὸν χερσαῖον καὶ τὸν ἀστρῷον· κτλ. Ab hac mihi seiungenda videtur alia divisionis divisio, fortasse ab Andronico inventa, (v. Boethium de divisione p. 638. cf. Prantl I p. 686) secundum quam generis in species, specierum in individua divisiones in unam coalescunt. Hanc habes ap. Amm. ad categ. f. 51ᵇ (Br 50ᵇ 34.) cum quo consentit Bâzwâδ s. v. ܦܘܠܓܐ f. 190ʳ: ܘܗ̇ܘܐ [ܦܘܠܓܐ] ܒܬܠܬܐ ܙܢ̈ܝܢ ⁘ ܐܝܟ
ܓܢܣܐ ܠܐܕ̈ܫܐ . ܘܐܝܟ ܐܕܫܐ ܠܐܛܘܡܐ ܘܠܡܣܘܡܝܐ ܘܠܦܪ̈ܨܘܦܐ
ܘܠܟܠܐ . ܐܘ ܐܝܟ ܟܠܐ ܠܡܢܘ̈ܬܐ . ܗ̄ . ܐܝܟ ܦܠܓܐ ܠܐܢ̈ܫܐ

ܘܬܠܝܬܝܐ ܘܦܘܪܫܐ ܕܫܡ̈ܗܐ ܀ ܐܘ ܐܝܟ ܒܪܬܡܠܬܐ ܠܡܫܘ̈ܬܦܬܐ ܕܠܐ ܕܫ̈ܡܗܐ . ܗܘ . ܐܝܟ ܒܪܢܫܐ ܕܫܪ .· ܘܒܪܢܫܐ ܕܡܨܝܪ ܒܨܒܥܐ ܀ Cf. Amm. f 52v ubi Ὡς ἄνθρωπος ὁ ἀληθινός τε καὶ ὁ γεγραμμένος. Ad eund. loc. de categ. Sergius archiater Resaenensis ms. Pet. 9 f. 90r1 paullo aliter: ܥܠ ܡܕܡ̈ܝܢ ܕܡܫܬܘܬܦܝܢ: ܐܘ ܐܝܟ ܒܫܡܗܐ ܠܐܢ̈ܫܐ . ܐܘ ܐܝܟ ܒܪܬ ܡܠܐ ܠܡܫܘ̈ܬܦܬܐ ܕܠܐ ܕܫ̈ܡܗ . ܐܘ ܠܡܫܘ̈ܬܦܬܐ ܕܫ̈ܡܗܝܢ . ܐܘ ܠܡܫܘ̈ܬܦܬܐ ܕܠܐ ܕܫ̈ܡܗ .. ܐܝܟ ܒܫܡܗܐ ܠܐܢ̈ܫܐ . ܐܝܟ ܫܘܝܘܬܐ ܠܒܪ̈ܢܫܐ . ܘܠܟܠܗܘܢ ܫܘܝܘܬܐ ܐܫܘܝܢܝܬܐ .. ܐܝܟ ܒܪܬ ܡܠܐ ܕܝܢ ܠܡܫܘ̈ܬܦܬܐ ܕܠܐ ܕܫ̈ܡܗ . ܠܟܠܗܐ ܕܡܕܡܐ ܘܠܗܘ ܕܫ̈ܡܐ ܘܠܗܘ ܕܒܢܝܢܐ . ܘܠܗܘ ܕܗܢ .. ܘܠܡܫܘ̈ܬܦܬܐ ܕܕܫ̈ܡܗ ܠܫܘ̈ܕܥܐ ܕܦܠܝܓ ܡܢ ܗܘ ܕܪܒܘܬܐ ܘܐܘܪܚܘܬܐ . ܐܝܟ ܓܢܣܐ ܘܐܕ̈ܫܐ ܘܐܫܘܝܢܝܬܐ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ .. ܘܠܗܠܝܢ ܕܠܐ ܕܫ̈ܡܗ . ܐܝܟ ܟܠܐ ܘܡܢ̈ܘܬܐ ܘܦܪܫܐ ܘܕܐܝܟ ܗܠܝܢ .. ܡܛܠ ܗܠܝܢ ܕܟܢܫ ܡܢ ܗܠܝܢ ܬܠܬܐ ܙܢ̈ܝܐ : ܡܬܦܠܓܝܢ ܥܠ ܝܕ ܐܘܪܚܐ ܕܡܦܠܓܢܘܬܐ ܦܘܠܓܐ : ܘܬܪܝ Et eadem Amm. ad perih. f. 14a, post quae etiam nostram quaestionem profert: τρεῖς εἰσὶν οἱ κυρίως λεγόμενοι τῶν διαιρέσεων τρόποι τοῦ γένους εἰς τὰ εἴδη καὶ τοῦ ὅλου εἰς τὰ μέρη καὶ τῆς ὁμωνύμου φωνῆς εἰς διάφορα σημαινόμενα.

121. Boeth. ad 17a 22 p. 333: ‚Sed Alexander et propria sententia non desistit nec alio quam ceteri tenetur errore quoniam ita in diffinitione enunciationis affirmatione et negatione ut partibus usus est. Omne autem compositum atque omne aequivocum vel suis partibus vel suis significatis definiri potest ut si quis . . . . hominem definire volens dicat: Homo est, aut animal rationale mortale, aut huiusmodi coloribus, vel metallo facta simulatio: ita nomen aequivocum ex his, quae ipsum nomen aequivocum designabat, ostensum est.‘ Cf. Amm. f. 14a 54b.

122. Ne hoc quidem Alexandri argumentum ap. Amm. aut Boeth. inveni, v. 122a. E quibus hic aliud affert p. 294. 325. Dicebat enim potius: Affirmationem simplicem ideoque priorem esse; prius autem cum posteriori non communi generi tribuendum esse.

122a. Argumentum idem fere est quod Alexandrum attulisse Boethius p. 294 et Amm. p. 54b testatur.

123. Sive: *Nequaquam ut . . . . . posuisset eam* cf. gloss. s. v. ܐܘܗ .

124. ܕܐܝܬܘܗܝ Ante hoc quoque ܟܡܐ desidero, mox in enuntiatione adversativa additum. Itaque pro ‚qui‘ ‚quoad‘ dedi.

125. In his et sequentibus me Graeci deficiunt.

126. Amm. p. 58a sq. Ἰστέον γὰρ ὅτι δύο τούτων ἐξ ἀνάγκης περὶ πάντα λόγον θεωρουμένων λέξεώς τε[1. 3.] καὶ σημασίας[2]. — περὶ μὲν τὴν λέξιν δύο

θεωροῦνται τοῦ ἑνὸς λόγου διαφοραί: μία μὲν[3] κατὰ τὸ ἁπλοῦν καὶ σύνθετον ἐκ πλειόνων ἁπλῶν λόγων· ἑτέρα δὲ[1] κατὰ τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον: προηγουμένως μὲν ἐν τοῖς ἁπλοῖς[1 a] διὰ τούτους δὲ καὶ ἐν τοῖς συνθέτοις[1 b], ἐκ τῆς ποιότητος δηλονότι τῶν προτάσεων, τοῦ τε καταφατικοῦ λέγω καὶ ἀποφατικοῦ τῆς τοιαύτης τάξεως ἀναφαινομένης· περὶ δέ γε τὴν σημασίαν[2] μία ἡ κατὰ τὸ ἓν[2 a] καὶ τὸ πλῆθος[2 b] τῶν σημαινομένων. Cf. cetera, eorum quae ap. Prob. deinceps sequuntur, similia. Vox λέξις respondet ‚relationi sermonis‘ ܡܦܩܐ ܕܡܠܬܐ = ἀναφορὰ τοῦ λόγου (τῆς λέξεως) cf. supra ἀναφέρεσθαι = ܢܦܩ. Relatio enim intercedit inter membra enuntiationis.

127. Ἢ ὁ συνδέσμῳ εἷς. De hac repetitione inepta dixi adn. 52. (16ª 20) et p. 13 inf. — Errorem typothetae excusa p. 9 ad 17ª 9 med. ubi pro 137. 129. legendum 127. 139.

128. Exemplum habes peripateticae doctrinae a stoicis etiam atque etiam turbatae, cf. Prantl I p. 446 sqq. Oppositam Probianae sententiam defendit Amm. f. 59ª. Ἐν δὴ τούτοις συνδέσμῳ μὲν ἕνα λόγον ἀκουστέον, οὐ τὸν ἐν μόναις ταῖς λέξεσιν ἐπίκτητον ἔχοντα τὴν ἕνωσιν διὰ τὸν σύνδεσμον παραπλησίως τῷ φακέλλῳ ὃς διὰ τὸν συνέχοντα τὰ πλείονα λάχανα δεσμόν, εἷς λέγεται εἶναι ὡς ὅταν εἴπωμεν Σωκράτης κάθηται ...... πάντες γὰρ οἱ οὕτω λεγόμενοι πλείονες ὄντες περὶ μόνην τὴν λέξιν ἔχουσι τὴν ἐμφαινομένην διὰ τὸν σύνδεσμον ἕνωσιν, ἀλλὰ τοὺς ἐν τοῖς ὑποθετικοῖς καλουμένοις συλλογισμοῖς κατὰ τὸ συνημμένον ἢ τὸ διεζευγμένον λεγόμενον παραλαμβανομένους κτλ. cf. f. 60ᵇ: ἐν γὰρ τούτοις πᾶσιν οὔτε ἀκολουθία μία οὔτε διάζευξίς τις οὔτε κατὰ τὴν λέξιν ἐπίκτητος γοῦν ἕνωσίς τις ἐμφαίνεται. Boethius diversam doctrinam probe sequitur p. 329. 330. v. etiam Iamblichi opinionem ap. Waitz I p. 40 ad 17a 16. Patet igitur etiam ex hoc loco, non Ammonium versum esse a Probo.

129. Amm. f. 54ª. Τὸν αὐτὸν δὲ ἔχουσι τρόπον καὶ οἱ ὑποθετικοὶ πάντες λεγόμενοι λόγοι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐκ πλειόνων μέν εἰσιν ἁπλῶν λόγων, ἑνούμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ συναπτικοῦ προσαγορευομένου συνδέσμου· οἷον εἰ ἡμέρα ἐστίν, ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἐστί· δύο γὰρ πάλιν ὄντας λόγους, τὸν ἡμέρα ἐστί, καὶ τὸν ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἐστίν, ὁ εἰ σύνδεσμος συνάψας τὴν τῆς ἑνώσεως ἀπετέλεσε φαντασίαν. Cf. adn. 17.

130. Cf. ad adn. 146.

131. Animadverte, Syrum additionem verbi per tria tempora distributi utique additionem temporis nuncupare, quod ex eis explicari potest, quae praecesserunt in adn. 39.

132. Similiter Amm. f. 57 Br 110ª 28. Δεῖ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς ἑπομένου λόγου τὰ ὀνόματα ἐξ ὧν ἐστιν ἐφεξῆς λέγεσθαι, μὴ διαναπανομένης τῆς

φωνῆς, ὡς ὅταν γε αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἴπωμεν ἕκαστον, οὐ λεγόντων ἡμῶν ὁρισμόν, ἀλλ' οὐδεμίαν ποιούντων πρότασιν κοινῶς ἐπαγομένου πᾶσι τοῦ ῥήματος· ἀλλὰ τοσαῦτα ὅσα καὶ τὰ ὡς ἐν ἀσυνδέτῳ ἀπαριθμήσει λεγόμενα ὀνόματα οἷον ζῶον, εἶτα λογικόν, εἶτα θνητόν ἐστι κτλ.

134. Cod pr ܐܘ ܡܿܢ ܒܡܠܬܐ quod emendavi ܐܘ ܡ̣ܢ ܒܡܠܬܐ.

135. Aliter Amm. f. 55ᵇ — 56ᵃ Ἴσως δέ ποτε καὶ ἀόριστον ῥῆμα καθάπερ ἐν ταῖς ἀποφάσεσιν· ὅπερ ἔοικε συμπεριειληφέναι τῷ ῥήματι διὰ τούτων ὁ Ἀριστοτέλης, ἢ ὡς προηγουμένως μὲν περὶ καταφάσεως διαλεγόμενος παραλελιπέναι.

136. De verbo infinito cf. p. 76, 5 sq (p. 100 inf).

137. V. adn. 13.

138. De definitione orationis — cf. adn. 116.

139. v. adn. 127.

140. Hic e textu librari incuria tale quid excidit: ܗܿܘ ܕܝܢ ܒܬܪܟܢ ܐܡ̣ܪ, = Illud autem εἶτα dicit, quia etc. Alioquin enim sensum non extorseris.

141. Iam Graeci interpretes videntur monuisse, nomen λόγον h. l. aequivocum esse. Cf. Boeth. ed. I. p 229 (sic. corrig pro 219, Waitz I p 332). Adparet autem ex hoc quoque loco, ad hanc versionem y a Probo commentarium scriptum esse. Georgius enim suo more pro ܡܐܡܪܐ, ܒܡܠܬܐ pr; sed x ܬܚܘܡܐ posuit. Neque vero mihi videtur ob Boethium l. l. hoc verbum deesse codici suo dicentem, λόγος eiciendum esse. Ipse enim Boethius diverse legit in ed. II p. 326, ubi de lectionis varietate tacens: ,docuit per id quod ait: etenim **hominis ratio** si non aut est etc.' deinde ,diffinitio hominis est.'

142. Probus perperam τὸ legit pro τῷ. Confirmat codicem y cod yᵃ. Eundem errorem recepit etiam x, certo ex eodem codice Graeco. Georgius emendate ܒܗܿܘ = τῷ pr. Mox idem leviter mutatum, sed servato nominativo τὸ cf. adn. 144.

143. Idem Boeth. ap. Br p. 110ᵃ 34. et Amm. ibd. 17 asserit. Locus est: Metaph. Z, cap. 12. cf. Δ c. 6. (Waitz I p 333.)

144. Amm. f. 57ᵃ. Br 110ᵃ 6. Ὥσπερ δείσας μή τις ὑπολάβῃ τοὺς ὁριστικοὺς λόγους ἅτε συνθέτους ἐκ πλειόνων ὄντας καὶ σημαντικοὺς μιᾶς φύσεως ὑπάρχοντας δύνασθαι ποιεῖν ἀπόφανσιν, διὰ τοῦτο νῦν ταῦτα προστίθησι. **lexis** = termini, i. e. quia definitio hominis pluribus continetur terminis. Cf. Amm. f. 63ᵃ Ἔστι δὲ δὴ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἁπλοῖς λεγομένοις λόγοις ἄλλον τρόπον εὑρεῖν πολλήν τινα κατὰ τὸ ἁπλοῦν, καὶ σύνθετον διαφοράν, οὐκέτι κατὰ

18

τὸ συγκεῖσθαι ἢ μὴ συγκεῖσθαι ἐκ πλειόνων λόγων, ἀλλὰ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν προαλαφθεισῶν πρὸς τὴν σύστασιν αὐτοῦ λέξεων.

145. Similia Amm. 61[a]. Br 111[a] 10 sqq.

146. Tertiam divisionem habueras adn. 130. De secunda v. adn. 116.

147. V. p. 11 ad 17[a] 24.

148. Cf. 146. 131.

149. ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘ̣ܐ = ‚est‘ non ‚fuit‘ ut errans verti cf. p. 27, 16.

150. Neglegunt haec Amm. et Boeth. Cf. Michael. Ephes. ap. Br p. 112[a] adn. **: Ἀποροῦσί τινες ὅτι δι' ἣν αἰτίαν μέλλων διδάξαι περὶ ἀντιφάσεως οὐκ ἐμνημόνευσεν αὐτῆς ἐν τῇ ἀπαριθμήσει .... δευτέρα αἰτία, ἐπειδὴ οὐθεὶς τῶν παλαιῶν ἐμνήσθη τοῦ τῆς ἀντιφάσεως ὀνόματος καὶ δῆλον ὅτι αὐτοῦ ἐστὶν εὕρημα· λέγει γάρ, ἔστω τοῦτο ἀντίφασις.

151. ܘܥܠ cod pr: = ‚et de eo .... dicimus‘. Cum Probo fere ad verbum consentit Boeth. p. 336: ‚Quare et si, quod est, vere potest dici esse, et id quod est, falso potest praedicari non esse, et id quod non est, vere potest enunciari non esse et id quod non est, falso esse poterit affirmari: manifestum est omnem affirmationem habere aliquam contradictionem negationis oppositam et omnem rursus negationem affirmationis oppositione facere contradictionem.‘

152. ܟܘܬܫܐ a ܟܫܐ = μάχη, qua de voce v. Prantl. I, VI, 146. 147 sq. 456 sq. cf. Amm. ad h. l. f 66—67. De expressione ܓܡ ܥܠ ܦܘܪܣ = omnino v. Amm. f. 66[b] Οὐκοῦν εὕρομεν ὡς ἔστι πάντως τῇ ἀληθεῖ καταφάσει μαχομένη τὶς πρότασις.

153. Amm. f 67[b] Ὡσαύτως ὡρίσατο τὴν ἀντίφασιν, μάχην καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως τῶν κατὰ τὸ ἀληθὲς καὶ (f. 68[a]) τὸ ψεῦδος ἀντικειμένων. Sequuntur:

154. ἐπεὶ δὲ οὔπω τὸ ἀκριβὲς εἶχεν ὁ τῆς ἀντιφάσεως ὁρισμός, οὐ γὰρ ἡ τυχοῦσα ψευδὴς ἀπόφασις ἀντίφασιν ποιεῖ πρὸς τὴν τυχοῦσαν ἀληθῆ κατάφασιν, οὐδ' ἡ τυχοῦσα ἀληθὴς ἀπόφασις πρὸς τὴν τυχοῦσαν ψευδῆ κατάφασιν. Comparatis locis et Syriaco p. 86, 10 et Graeco, cum Syriacus idoneum sensum non praebeat, iam vides, quid Syro librario exciderit. Nimirum verba οὔπω usque ad οὐ γὰρ aut similia. Apodosin ad ἐπεὶ δὲ, ap. Amm. l. l. lin. 11 διὰ τοῦτο προστίθησιν εἰκότως τίνας οἴεσθαι χρὴ τὰς ἀντικειμένας καταφάσεις καὶ ἀποφάσεις κτλ. om Probus interiectis perturbatus sententiis.

155. Amm. post l. l. τίς γὰρ ἀντιφάσκειν εἴποι πρὸς τὸν εἰπόντα ὁ ἄνθρωπος ζῷόν ἐστι, τὸν λέγοντα ὁ ἄνθρωπος δίπους οὐκ ἔστι, διὰ τὸ εἶναι τὴν μέν, κατάφασιν ἀληθῆ, τὴν δέ, ἀπόφασιν ψευδῆ κτλ.

155ª. In versione mea pro [homo] pone [ὅρος]; ܡܬܐܡܪܢܘܬܗܘܢ et ܣܝܡܘܬܗܘܢ p. 86, 14 masculina sunt ὅρος ὑποκείμενος et κατηγορούμενος ap. Amm.f. 68ªᵇ. Vertentis enim, non excerpentis modo Probi sunt certa vestigia p. 86, 17 ὑποκειμένου et p. 88, 11 προσδιορισμοῦ cl. 89, 16 genetivi e constructione Graeca vocum κατά et περί pendentes.

156. Haec tria quibus p. 86, 25 Arist. definitionem auget, deinceps (157—160) illustrat ipse.

157. Amm. f. 68ᵇ. Οὐ γὰρ ἀντιφάσκει πρὸς τὸν εἰπόντα Αἴας ἐμονομάχησεν Ἕκτορι ὁ λέγων Αἴας οὐκ ἐμονομάχησεν Ἕκτορι· καὶ γὰρ ἀληθεύειν ἄμφω καὶ ψεύδεσθαι ὁμοίως δυνατόν. Cetera paullo aliter.

158. Amm. atque Boeth. aliis utuntur exemplis.

159. Ap. Amm. et Boeth. similia exempla.

160. Non debebam vertere: ‚Aethiops' sed retinere ‚Indus'; ita enim legit Probus. V. Arist. topic. 167ª 7 Οἷον εἰ ὁ Ἰνδὸς ὅλος μέλας ὢν λευκός ἐστι τοὺς ὀδόντας· λευκὸς ἄρα καὶ οὐ λευκός ἐστιν. Ammonio igitur, ut mihi videtur, antiquiorem secutus est. Is enim 69ª: Μήτε κατ' ἄλλο τι καὶ ἄλλο, τῷ αὐτῷ ὑπάρχοντι, καὶ μὴ ὑπάρχοντι· οἷον, εἰ λέγοιμεν· ὁ Αἰθίοψ μέλας καὶ οὐ μέλας· μέλας μὲν γὰρ κατὰ τὴν τοῦ δέρματος ἐπιφάνειαν· οὐ μέλας δὲ κατὰ τοὺς ὀδόντας. Indi et Aethiopes, quorum exemplo iam Arist. συνωνύμως utitur (167ª 11), apud scriptores recentiores et translatores Syros confundebantur. De Graecis v. Lassen, Indische Alterthumskunde 1847 I, 2 a. 2. Thom. Wright, Early christianity in Arabia, London 1855 p. 28 a. 2. etc. — Syris in Pshîтâ Kûsh semper, quod sciam ܟܘܫ est excepto loco Ierem. 13, 23 ubi ܗܢܕܘܝܐ. Cf. Assem. bibl. or. I p. 359. Αἰθίοψ = ܟܘܫܝܐ = الزنجى: Porph. isag. 4ª 27. 28; 5ª 19; 5ª 30; Ms. Peterm. 9 Syr: 23ᵛ; 31ᵛ; 32ʳ. Arab: 66ᵛ; 67ᵛ. Praeterea: Sergius Resaenensis de categ. ms. Pet. 9, f. 89ʳ 14. Bâzvâδ, ibd. 187ᵛ, 1. Barhebraeus in ܟܬܒܐ ܕܒܒ̈ܬܐ ms. Pet. 15 f. 77ᵛ cf. Lexic. chrest. Kirsch. Bernst.

161. Eundum locum sed diverso exemplo Amm. f. 69ª. Δεῖ δὲ πρὸς τούτοις καὶ ὡσαύτως λαμβάνεσθαι τὸν κατηγορούμενον καταφασκόμενόν τε καὶ ἀποφασκόμενον· λέγω δὲ τὸ ὡσαύτως, ἢ καθ' ἑκατέραν τῶν προτάσεων ἐνεργείᾳ ἢ καθ' ἑκατέραν δυνάμει.

162. y cod ܥܠ ܕܒܢܝܐ sed comment. et yª ܥܠ ܕܒܢ̈ܝܐ pr. Itaque emendavi.

163. In sequentibus aut librarius aut Probus neglegentius egit. Exspectabam pro estª ‚fuit'. Ad b et c, cum solam vocem ܐܝܬܘܗܝ

cod. praebeat, eam tamen pro ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ‚fuit' accipere licet, verbo ܗܘܐ ex antecedentibus repetito.

164. Cod y ܕܟܠ ܥܠ ܕܐܝܬ = ἡτινιοῦν καταφάσει. Sed ܕܐܝܬ recte om cod y[a]. Probabile est enim, e sequenti ܐܝܬ esse ortum.

165. ‚Utique' = πάντως cf. 152.

166. Tota haec protheoria, diversa ab Ammoniana Boethianaque, plura tamen cum iis communia praebet.

167. Quae sequitur deinceps protasium enumeratio Syriano Philoxeno originem debet, teste Boethio p. 404—406. v. Prantl p. 694. (cl. eod. p. 164 adn. 235.) Ammonius om.

167[a]. Tabula disponit, quae modo dicta erant. In qua Graece restituenda prosdiorismi particularis et universalis loca periclitans permutavi. Adnotationem meam p. 88, a. 3. 4. falsam deleto. Nam verba tabulae uno tenore legenda sunt neque enuntiati constructionem interpellant.

168. Amm. 71[a] inf. Ταύτας δὲ τὰς σχέσεις καλοῦσιν οἷς ἐμέλησε τῆς τούτων τεχνολογίας τῶν προτάσεων ὕλας· καὶ εἶναι αὐτῶν φασι τὴν μέν, ἀναγκαίαν, τὴν δέ, ἀδύνατον, τὴν δέ, ἐνδεχομένην. Deinde explicat caussam denominationis.

169. Antecedentia v. ap. Amm. Boeth. De hac autem quaestione Amm. f. 77[b]. Τὸ δέ γε οὐδείς, πόθεν ἐροῦμεν ἐσχηκέναι τὴν γένεσιν; ἐχρῆν γὰρ οὐχὶ τὶς εἶναι τὴν προστιθεῖσαν τοῦ τὶς προσδιορισμοῦ τὸ ἀρνητικὸν μόριον ἀπόφασιν κτλ. Nisi Graeco comparato Syrus vix videtur intelligi posse.

170. Amm. f. 71[b] extr. Προσδιορισμοὶ δὲ λέγονται οἱονεὶ προτρήματά [f. 72[a]] τινα συνταττόμενα τοῖς ὑποκειμένοις καὶ δηλοῦντα ὅπως ἔχει τὸ κατηγορούμενον πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἀτόμων τῶν ὑπὸ τὸ ὑποκείμενον, εἴτε ὡς ὑπάρχον εἴτε ὡς μὴ ὑπάρχον λαμβάνοιτο.

171. Duo tantum e tribus, quot p. 89, 12 dicta sunt, capitibus hactenus absolvit librarius. In margine enim monet, sectionem secundam se sensim dissuere quam absolvere maluisse.

VI.

DE PROBO.

§ 1. De Probo tametsi certa monumenta fere nulla exstant, quae secundum ea dicenda erant, praetermittere tamen noluimus.

A. ʿAβdjeshûʿ bar brîχâ [1] Probi solam mentionem fecit his verbis

ܗܝܒܐ ܘܩܘܡܝ ܘܦܪܘܒܐ
ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪ̈ܝܐ
ܦܠܚܘ ܟܬ̈ܒ ܕܡܦܫܩܢܐ
ܘܡܬܒܘܢܘܬܗ ܕܐܪܝܣܛܘ.

Itaque si catalogi scriptor in enumerandis scriptoribus temporum ordinem, ut sibi proposuerat [2], constans servasset sive servare potuisset, ex eo loco continuo esset concludendum, Hîβam, Kûmi, Probum fuisse aequales, atque, ut nota est Hîβae aetas, medio eos saeculo quinto fuisse constaret. At, ut iam Assemanius in praefatione [3] monuit, ʿAβdjeshûʿ chronologicum ordinem neglegebat saepenumero. Aphraatem igitur, sive Parhâδ [4], quem eundem esse Jacobo Nisibeno dudum Lagardius suspicatus est [5], quique fuit circa a. 320, post Marâβâ [6] († 552) et ʿHnânâ ʿhadjâβâjâ [7] collocavit et Mârī Persam, Hîβae aequalem, triginta septem demum interiectos alios sequentem [8] fecit. Atque omnino persaepe videtur de scriptorum aetate non satis doctus fuisse. Coniunctim autem, ut hoc loco, quem disputationi nostrae subiecimus, complures scriptores etiam commemoravit cap. 46 p. 49, ubi de Palladio Galata (388 — ca 400) et Hieronymo († 420 annos natus 91), aequalibus quidem eis, ita dicit, ut adpareat, propter ‚librum paradisi‘ qualem uterque composuit, etiam scriptorum mentionem ab eo consociatam esse. Eadem caussa videtur adductus esse loco dubio cap. 35 p. 43.

Consequitur igitur ex eis quae diximus, nisi aliis nitamur argumentis, eiusdem temporis fuisse illos scriptores, non debere nos concludere. Sed illud potius hoc loco videtur voluisse ʿAβdjeshûʿ, ut patrum Syriacorum memorias coniungeret eorum, qui et Theodori Mopsuhesteni τοῦ ἐξηγητοῦ et Aristotelis scripta simul vertissent. Sine Aristotele ne Theodorum quidem versum esse, id est, ad quod primo loco debemus animos advertere. Tribus autem illis viris talem operam communem

1) I. S. Assem. bibl. or. Clement. Vat. III, 1 p. 85. 2) Ibd. p. 362, 2. 3) Ibd. p. 2. 4) Ibd. cap. 60. 5) De novo test. ad verss. orr. fid. ed. Berl. 1857 p. 3 inf. cf. Gesamm. Abhandl. 6) Ass. III, 1 cap. 57. 7) Cap. 59. 8) Cap. 98.

fuisse, eo magis constat, quod continuo infra Hîβae scripta ea nominantur, quae solus elucubraverit.

Theodorum igitur, quem Probus quoque vertit, respicientes, quaeramus, sitne definiendum temporis spatium, quo potissimo eius scripta conversa sint?

Iam primus et vivo etiam Mopsuhesteno († 429), eius commentarios Syriace vertisse Maʿnâ traditur hardashîrâjâ[9], qui cum a. 420 Seleuciae episcopus esset, postea demum versionem suam videtur publici iuris fecisse.[10] Anno 431 cum Rabûlâ, Edessae episcopus, (412 — 8 aug. 435)[11] doctrinis Theodori atque Diodori Tarsensis vehemens exstitisset adversarius, presbyter Hîβâ, versis Theodori scriptis ac divulgatis, urbe expulsus est. Id quod a. 449 concilium Tyrium ac Berytense[12] testificabatur. Tum etiam schola Persea propter eosdem conatus e media Edessa sublata est. Iam illo quoque tempore Bar ṣaumâ et Narsi Edessa excessere. Dissidiis autem inter sectatores doctrinae Nestorianae paullatim crecentis et orthodoxos non intermissis, a. 465 Aqaq ârâmâjâ, post (480—89) Seleuciae et Ctesiphontis episc., una cum Aβâ Jazidad[13], Perozis tempore (462—89) Edessam reliquit. Secuti sunt Jûʿhannan garmqâjâ[14], postea episc. oppidi Beiϑ sârî, Aβrâhâm mâdâjâ[15], ambo Narsetis discipuli, Paulâ bar qaqi, post episc. oppidi Ledan d beiϑ hûzâjê[16], mortuus 535?[17], Mîχâ post episc. oppidi Lâshûm d beiϑ garmai[18], Pûsi bar qurti episc. d hûzâjê in urbe Shushtar[19], Ezaljâ denique e monasterio Kpar mâri, et ʿAbshôτa e Ninive oriundus[20]. Hi omnes cum Hîβa consentientes Nestori et Theodori scripta ex Edessa fugaces in oriente divulgavere. Divulgaverunt autem postquam converterunt aut convertenda curaverunt[21].

9) Ibd. p. 377ᵇ, 378. 10) Summi est momenti, quod eisdem fere temporibus, quibus Theodori opiniones animos occupare coeperant, multi libri a Maʿnâ (secund. Amri interpolatorem ap. Ass. III, 1 p. 377ᵃ [Ar: 376ᵇ] unus etiam ab Aqaq Ctesiphontis episcopo († 489) regnante Cabade (l. l. p. 389, X) e Syriaco in linguam Persicam i. e. Pahlavicam conversi sunt. 11) Ass. p. 192. 401. 403. — Secundum Ios. Overbeck, S. Ephraemi Syri, alior. opera selecta, Oxon. 1864 p. XVIII. codex mus. Brit. 14652 f. 123—131ᵛ Georgi vitam Rabulae continet, qua edita de tota hac re documenta forsan accuratiora prodibunt. 12) Act. 9 et 10. 13) Ass. III, 1 p. 226. 14) Ibd. I p. 352, cf. III, 1, 631. 15) Ibd. I, 352, 4. diversus ab Aβrâhâm d beiϑ rabban III, 1 p. 631 sup, ibd. p. 71. — 16) I, p. 352. 354 sup. 17) III, 1 p. 615 cf. p. 36. II. p. 411. 18) I p. 352. 353; ap. ʿAβdjeshûʿ III, 1 p. 169. 170 cf. 461. 19) I p. 353. 20) I p. 352. 21) Sic recte Assem. I p. 350 cl. III, 1 p. 226, 8. Nam ܐܦܩܘ ܥܡܗܘܢ est ‚verterunt et secum eduxerunt' cf. Bernstein, Lexic. ad. chrestom. Kirsch. p. 320ᵇ 321ᵃ et s. v. ܡܦܩܢܘܬܐ Ceterum de tota epistola Simeonis e Beiϑ arsham recte aestimanda v. Ass. III, 1 p. 380. 381.

Ad vertenda igitur Theodori scripta ea aetas maxime impulit, quae tempore inde ab anno circiter 420 usque ad exiens saec. V fere circumscribitur. Post illos viros aliquem Theodori translatorem exstitisse ignoro, nisi Maraβâ et Thomas Edessenus, a quibus cum Mopsuhesteni libros collectos quidem esse certum sit, versos tamen esse nequaquam constat[22]. Sed collegerunt fortasse singulorum librorum versiones Syriacas. Eae certe Maraβae tempore ita erant usitatae, ut is in concilio posset iubere, in explicandis libris sacris Theodorum utique sequendum esse[23]. Accedit praeterea, quod Nestori scripta quae non interierant, Pauli demum tempore, ante 535, et ab eius discipulis Thoma et Maraβâ conversa sunt[24] Nestorium autem tempore paullo seriore quam Theodorum tractari, par erat.

Itaque Theodori versiones inde ab ipsius aetate, qua doctoris Antiocheni magna in animos vi atque auctoritate homines in eius sententias trahebantur, principia cepere; usque ad exiens deinde saeculum V curatae atque cultae sunt a doctoribus illis Edessenis, qui Nisibin transmigraverunt, ut novam Persis doctrinam praedicarent. Ineunte autem saeculo VI, cum Theodori scripta ubique essent dispersa, iam non futurum erat, cur eius libri de integro verterentur. Neque profecto eius rei memoria ad nostra tempora devenit. E quibus omnibus consentaneum erit, accipere, ne Probi quidem eiusdem Theodori translatorem aetatem fuisse saeculo quinto seriorem. Qua re admissa, simul quaedam veri similitudo sequitur eius, quod in principio semoveramus, scilicet ʿAβdjeshûʿm versibus illis emaciatis etiam aequales fuisse Hîβam (435 — ca 457 episc. Edessae[25]), Probum, Kûmī, innuere voluisse.

B. Iam vero missis his, quid e Probiani commentari fragmento de eius aetate quibusdam finibus circumscribenda discamus, investigare placet.

Et primum quidem constat, Probi commentarium non ex Ammoni, Hermiae fili libro versum esse. Nam etiamsi in eo crebros locos Ammonianis similes ad verbum plane expressos reperis, idem consensus non minus cum A. M. Severini Boethi verbis cernitur. Quod offensionem

22) Neque enim, ut fecit Ass. III, 1 p. 76[a] (cf. p. 75 adn. 2.) necesse est concludere, duumviros illos Theodorum *vertisse*. Nam جمعا مار ثادوروس non coniungendum est cum praecedentibus وكان هو يترجم بالسريانيه وثوما باليونانيه Sensus hic: ‚In regione Byzantinorum Thomam Edessenum convenit e quo Graece didicit, ipso Syriace, illo Graece interpretantibus. Etiam Theodori libros ambo collegerunt. Constantinopolin profecti etc.‘ 23) Ass. III, 1 p. 84, 3 adn. 24) ܢܚܡܐ l. l. p. 36, 4. 5. Cf. adnot. 21. 25) Ass. I p. 202. 405. 424.

non praebet gnaro, morem exscribendi scriptores, qui aetate praecesserant, commentatoribus neoplatonicis iam propter sententiarum σχηματισμὸν expeditissimum fuisse. Itaque etiam Boethius vestigia premebat eorum, quos suis locis designavit, praecipue Porphyri; Ammonius autem Proclum qui in schola Atheniensi (450—485) docebat, praeceptorem sequebatur[26]. Praeterea Ammonium non excerptum esse a Probo, sed saepissime ab eo prorsus discedere, singulorum locorum accuratior examinatio docet, ut adnotabamus 21. 22. 26. 42. 52. 56. 60. 63. 94ᶜ. 111. 128. 160 in parte quinta.

Certa porro inveniuntur vestigia in commentario, quae doceant, eum sententias quaestionesque a Syriano potissimum, qui in schola Atheniensi inde ab a. 433—450? docebat, propositas recepisse.

α. Secundum argumentum sectionis quintae[27] quaestionem instituit Probus, num, quae capite 14 continetur de contrarietate enuntiationum sententia, et Platonis et Aristotelis esset. Platonicam autem opinionem illo loco Aristoteleae inprimis Syrianus opposuit, ut Ammonius testatur[28]. Syrianus contrariam quoque Aristoteli sententiam eo loco inter commentatores primus defendit[29].

β. Cognatam superiori quaestionem idem Syrianus etiam in secunda parte ad 17ᵇ 26 disputavit, ubi ipsis Aristotelis et Platonis locis nitens, indefinitam contendit non idem valere atque negationem universalem. Hanc autem opinionem et Boethius[30], qui nominat Syrianum, et Ammonius[31], postquam *claros sibique venerabiles viros suae sententiae adversari* praemisit[32], refutare conatur. Iam autem ex argumento[33] iterum veri fit simillimum, etiam eo loco Probum sententias tradidisse Syriani.

γ. Certum denique est, enumerationem propositionum centum quadraginta quattuor, quam legimus apud Probum[34], primo a Syriano doctam esse, teste Boethio.

Tametsi autem Probus Syriani doctrinas non ignorat, eius aliquem commentarium minime exscripsit. α. Ait enim ille[35] Platone nitens: *non orationes esse, quarum intellectus sit imperfectus, atque ideo nec eas aliquas habere partes.* Huic Syriani sententiae Probus ne suffragatur quidem et Porphyrium Alexandrumque sequitur[36] β. *Syrianus cui Philoxenus cognomen est* Boethius inquit[37], *quaerit cur proponens*

26) Prantl I, XXI p. 642 a. 99. 27) p. 89, 30 sq. cl. p. 112. 28) ad 23ᵃ 17 fol. 202ᵇ. Br 136ᵇ 16. 17. 29) Schol. anon. ad 23ᵃ 27 ap. Waitz, Org. I p. 43. 30) p. 352. 31) f. 90ᵇ. 32) f. 89ᵇ Br 115ᵇ, 10. 33) p. 89, 19. 20. cl. p. 112 et antea p. 88, 11. 34) p. 88, 12. 89, 14. Cf. adn. 167. 35) ap. Boeth. p. 321 ad 16ᵇ 26. 36) p. 80, 32 cl. adn. 110. 37) ad 16ᵃ 2 p. 295.

prius de negatione, post de affirmatione pronuntiaverit et deinde negationem priorem affirmatione esse arguit. Probus contra nec attingit hanc omnem quaestionem, quippe qui cum versione x et Arabis consentiens contrariam lectionem praebeat, et alio loco[38] affirmationem negatione priorem esse prae se fert.

Quae cum ita sint, constat certe, Probum antiquiorem Syriano non fuisse.

Quodsi e commentari habitu consilioque aliquid de scriptoris aetate licet suspicari, omni modo fateri cogimur, priscam eum apud Syros philosophandi speciem praebere. Totius enim libri institutio eadem atque apud Graecos commentatores: praefatio parca de scriptore nihil prodens; capitum quorundam propositio; protheoriae ante singulas partes praemissio; textus interspersus; loci omnes e Graeco expressi; dividendi definiendique aviditas: omnia commentarium aliquem e schola Atheniensi delatum, utique versum esse arguerent, nisi perpauca eademque levissima christiani hominis mentem designarent. Quae tamen immutationes eius esse generis solent, cuius etiam in ipsis Aristotelis versionibus exempla inveniuntur[39]. Comparato autem opere Probiano cum Graecis, facile concedes, brevius quidem id, sed simul innumeris divisionibus scholasticis repetitionibusque σχηματικωτέρως refertum tironum in usum editum esse. Qualis liber, quem priori Boethi expositionis ad perih. editioni optime compares, idoneus certe fuit ad clericos vel Syros vel Persas, rudes admodum atque incomptos, logicae principiis imbuendos.

Ad prima denique quibus Syri philosophari coeperunt tempora ascendere hunc commentarium, etiam id videtur affirmare, quod primo saec. VI dimidio Sergius Resaenensis, quem secundum Zachariam[40] Barhebraeus falso dicit, p r i m u m apud Syros philosophicorum ac medicorum scriptorum exstitisse translatorem, in tractandis rebus logicis non amplius commentatorum Graecorum morem, textum Aristotelis ad verba explicandi secutus est, sed commentationes coeperat de categoriis[41], de tota logica, al. conscribere, quae e Graecis quidem et ipsae pendentes rem tamen liberius dispositam tractarent. Eandem viam mox Paulus Persa ex urbe Dairshar in commentatione logica ad Chosroem regem

38) p. 84, 19 ad 17ᵃ 8, cl. 107, 3. 39) cf. V, 3 adn. 15. 81. 99. 40) Historia ecclesiastica ϑ 19 (sec. cod. mus. Brit. 12154 f. 151) unde hausit Barhebr. Cf. de Lagarde Gesamm. Abhandl. p. 141, 41. 41) ad Philotheum quendam, cod. Berol. Peterm. 9 f. 83ᵛ — 104ʳ.

ingressus est[42]. Probi contra ratio archetypa anxie vertentis ea caret facilitate, qua nisi usu diuturno atque inveterata exercitatione difficilium istarum rerum translatores non soleant praestare.

Quae quamvis ita se habeant, tamen quod primo loco posuimus, id ne post hanc quidem disputationem est, quod immutemus: Probus, quo tempore fuerit, demonstratum non est. Quae vero posteriora diximus, eis efficitur quaedam veri similitudo, illum non esse saeculo quinto seriorem[43]. Certiora autem statuere poterit, si quis ceteras Probiani commentari partes Londini examinaverit pluribus idem adiutus novisque literarum monumentis.

§ 2. De versione denique libri perihermenias ea, cuius fragmenta commentario Probiano interposita vides, pauca sunt, quae dicantur. Ea enim nec continua est et eis tantum locis adhibita quibus commentator explicatione opus esse putabat. Idem mos textum inserendi etiam apud Graecos commentatores obtinuerat. Fieri igitur potuit, ut Probus commentarium vertens Graecum etiam locos Aristotelicos in suum inde traiceret. Hoc ut est veri simile, certum ita illud est, versionem illorum locorum Probum duxisse e versione quadam libri perihermenias tota atque integra, quam aut ipse fecerat, aut alius quis[44]. Fuisse autem talem versionem integram atque perfectam versio x demonstrat, quam supra[45] diximus ita cum y consentire, ut ad huius exemplar illam confectam esse necessario concludendum sit. Praeterea ne probabile quidem est, Syros e nudis tantum commentariis fracti cuiusdam atque discerpti Aristotelis cognitionem percipere aut voluisse aut coactos fuisse.

Iam perorantibus nobis non inutile videtur, Wenrichi monitionem repetere dicentis[46], nomen فوبرى in ms. Muḥammad bin Isḥâq et apud Hottingerum falso pro قويرى Quwairi legi. Nam E. Renan veterem errorem tuitus[47] Fridericum Ueberweg induxit, ut a Probo etiam ad analytica priora et sophisticos elenchos commentarios esse scriptos doceret[48]. Eodem modo fallitur Allard Pierson, qui idem vel Phaebrium quendam effinxit[49].

42) Ass. III, 1 p. 439. Cf. Renan in Iourn. asiat. IV, t. 19, 1852 post p. 293. II. 43) Inde spero fore, ut mihi ignoscatur, in parte I quibusdam locis, dum Assemanium parum caute sequebar, Probum ad medium saec. V referenti. 44) fortasse Hîβâ aut Kûmi. 45) p. 15. 16. 46) De verss. etc. p. 300 adn. ad p. 131. cf. Flügel, De Arabicis scriptorum Graecc. interpp. Misenae 1841 p. 13 no. 19. 47) de philos. peripat. ap. Syros p. 14, 4. 48) Grundriss d. Geschichte d. Philos. Th. 2, Abth. 2 p. 48, Berlin 1864. 49) De Realismo et Nominalismo. Traiecti ad Rhen. 1854 p. 145.

§ 3. De Probi nomine cum virum quendam doctissimum videam dubitantem, haec subiungo: ܦܪܘܒܐ in Byzantina lingua est Πρόβος. Innotuit enim ܦܪܘܒܐ alter[50], diversus ab hoc, secundo saec. VII dimidio, primum monophysita, dein orthodoxus et episcopus Chalcedonensis[51], qui dicitur a Theophylacto Simocatta[52] ὁ Πρόβος τῆς Χαλκιδονέων πόλεως. Alioquin Syri etiam ܦܪܘܒܘܣ [: ܢܡܘܣܐ ܗ̄ ܦ̄ Bar bahlûl cod. Berol. mss. orr. 542 p. 776] retinent; sic Probus imperator ap. Dionysium Telmahar. ed. Tornberg p. 19, 4; 183, 4. 10. Lagardii anal. Syr. p. 126, 9. — Pronuntiandum autem esse Prôβâ = ܦܪܘܒܐ testatur p. 68, 19. Nam de syllaba nominum personalium in ܐ exeuntium tria dispicio haec: 1, Syllaba finalis ος etiam in nomm. proprr. â facta est: Ἰουστῖνος ܝܘܣܛܝܢܐ, Land, Anecdota I f. 43ᵛ Λογγῖνος ܠܘܓܝܢܐ ibd. f. 47ʳ Μαρκιανός ܡܪܩܝܢܐ Barhebr. chronic. p. 87, 6. 9; 90, 1 Θεόδωρος ܬܐܘܕܘܪܐ Ass. I p. 354 lin. 6. Θεοδώρητος ܬܐܘܕܘܪܝܛܐ ibd. p. 350 Κυρῖνος ܩܘܪܝܢܐ ʿAβdjeshûʿ ap. Ass. III, 1 p. 33, 9. Ἀκυλῖνος ܐܩܘܠܝܢܐ ibd. p. 37. — Etiam ᾶς = â Φωκᾶς = ܦܘܩܐ Land, Anecd. I f. 43ᵛ cf. Sachau ad Ǵawâlîḳî p. 125 text. Ar. lin. extr. — 2, ܐ vocativus Graecus receptus est. Huc spectat locus, quem mihi Sachau indicavit, in (fr 8ᵛ) [illegible] grammatica scripta a Teimâϑeôs îsʿhaq mîтrôpâlîтâ d amîd bar mshamshânâ ʿaβd ʿhajjâ âϑûrâjâ, cod. Berol. Peterm. 17 fol. 12ʳ lin. 6: [illegible] = *Quodsi vero amputas nomen generis, ut a gabrâ, gbar haec apocope et mitigatio levitatis caussa fit. Eodem modo se res habet, si nom. proprium amputas et quidem n. personale, ut a Paullos Paule et Philippos Philipe et a Teimaϑēôs Tmaϑēa. Hoc igitur modo percipe, disce, doce neque falleris; neve vocem tuam tollas, ut ne* (ܕܠܐ) *opera tua perdatur* (ܢܐܒܕ), *ut*

50) Eius, non nostri Probi, est breve fragmentum orthodoxo-monophysiticum, quod indicatum a Lagardio, De geopon. vers. Syr. 1855 p. 19 adn. I. mecum amice communicavit Ed. Sachau. — 51) Ass. II, 72—77. — 52) Historiar. libb. 8, recogn. Imm. Bekker, 1834. V, 15 p. 234, 20.

vituperandus sit qui te docuit. Et haec tibi satis. Cf. Pshîṯâ, Act. 27, 24. ܐܪܘܣܛܠܝܦܐ ܐܘ Lagard. anal. Syr. 158, 26 cl. 159, 4; 161, 11, 15 etc. — 3. E genere nominum blandiendi sive detrectandi caussa deminutorum, plura de hac re alio loco dicturus, exemplum propono unum ܩܘܪܝܠܐ qûrîle = Cyrillulus ut apud ʿAβdjeshûʿ secundum Ass. III, 1 p. 31, 5 (cf. ibd. p. 40, 7) contemptim vocatur Cyrillus, v. Abraham. Ecchellensis not. ad eund. 157. Cf. ܩܘܪܝܢܝ qûrîni Κυρῖνος Barhebr. ap. Ass. I p. 166, 5.

DE GEORGIO.

§ 4. *A.* Georgius quo tempore Arabum episcopus creatus sit, non convenit inter Barhebraeum, Dionysium Telmaʿhrensem, alium quendam anonymum.

a) Barhebraeus enim dicit Georgium ordinatum esse ʿHirtae Naʿmanis duobus mensibus post obitum Athanasi Baladensis, qui moriturus Georgium creandum commendaverit Sergio Zâχônâjae. Athanasium autem dicit obiisse a. 998 [687 Chr.][53]. b) Dionysius Telmaʿhrensis eiusdem Athanasi II Iacobitarum patriarchae obitum differt ad a. 1015 [704 Chr.][54], sed ordinationem Georgi Ioanni in illa sede succedentis, ponit a. 961 [655], ut quidem S. Assemanius testatur[55] c) Tertio denique dicitur ordinatus esse anno ܣܢܚ = 647 Chr. in antiquo codice Michaelis Chindisi[56].

Annus igitur ordinationis cum incertus sit, constat contra, Georgium anno 1025 [714] etiam in vivis fuisse. Nam epistolam ad Iesum inclusum se illo anno scripsisse bis ter affirmat[57]. Iacobo Edesseno († 708) et Qûrîni bar manṣûr (Ioanni Damasceno) canticorum inventori aequalem fuisse Georgium, cum iam e numeris praecedentibus pateat, ne testimoniis quidem caret[58]. Post Iacobi mortem etiam librum VII eius hexaemero adiunxit[59]. Mortuus esse dicitur a. 1035 [724], postquam Athanasium III patriarcham ordinavit. Sed hoc incertum est[60]. Adparet igitur ex eis, quae enumeravimus, cautissimum esse, Barhebraeum sequi, qui Georgium a. Chr. 687 dicit ordinatum esse.

B. Placet iam testimonia praemittere, quibus deinceps subiciamus adnotationes nostras, haec. Dicitur Georgius 1. ܓܘܪܓܝ ܕܫܡܘܥܐ[61]

53) Ass. II, 335. 54) ibd. II p. 105. 55) I p. 167. II, 103. 56) Ass. I p. 469. 57) Lagard. anal. Syr. p. 115, 5. 120, 26 in subscriptione p. 134, 8. 58) Ass. I, 469. 494 cl. 167. 59) Land, Anecdota I p. 4. 60) v. Ass. II, 338. 61) Renan, Iourn. asiat t. 19. 1852 p. 324.

2. episcopus ܠܛܝܝ̈ܐ ܕܥܡ̈ܡܐ[62] 3. ܕܥܡ̈ܡܐ ܓܐܘܪܓܝܣ[63] 4. جاورجى[64] بطرك الامم 5. ܓܐܘܪܓܝܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܛܘܥܝ̈ܐ ܘܕܬܢܘ̈ܟܝܐ ܘܥܩܘܠܝ̈ܐ[65] 6. ܓܘܪܓܝ ܡܣܟܢܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܥܡ̈ܡܐ[66]

Georgius episcopus ʿHirtae Naʿmani dicitur et a Barhebraeo et a Dionysio[67] Ea urbs et Nestorianis et Iacobitis sedes episcopalis fuit[68]. Arabum autem regioni episcopi Iacobitae praeerant duo, quorum alter ʿAqûlae fere, ʿHirtae alter sedebat[69]. Itaque etiam eo tempore quo Georgius iam ʿHirtae sedebat, Bacchum quendam legimus[70] sub Denʿha maφriano [999 — 1039 = 688 — 728] usque ad annum circiter tertium ante ordinatum Eliam patriarcham i. e. a. 706[71] ʿAqûlae episcopum fuisse. Gentes autem Arabicae quae ad Georgi episcopatum pertinebant, dicuntur hae.

a. ܥܩܘܠܝ̈ܐ in testimonio supra dicto 5.

α. ܥܩܘܠܐ vetus nomen urbis al- Kûfah fuit. ܥܩܘܠܐ ܕܗܝ ܟܘܦܗ Barhebr. chronic. p. 145, 6 inf. ut videtur, secundum Dionysium Telmaʿhrensem ad a. 813. عاقولا (عاقولاء sive عاقولى) الفكى قصديله تووراة كتابنده كوفه شهرينك اسمى اولمق اوزره مرقوم در. Qâmûs turcicus s. v. cf. Marâṣid ed. Iuynboll t. II p. 228 et Iuynbolli adnot. t. V p. 556. — ܐܬܪܐ ܕܥܩܘܠܐ Barhebr. chron. p. 120, 5 inf: ܚܠܡܗ ܠܛܝܝ̈ܐ ܕܥܩܘܠܐ ܘܕܒܘܫܪܐ ܘܕܚܠܬܗ ܦܘܪ ibd. p. 123, 8. — ܥܩܘܠܝ̈ܐ = Kufenses Callinicum occupant Barh. ibd. p. 144, 4. Hos puto fuisse ʿAqûlenses quibus saeculo fere ante Georgius praeerat. *β*. Diversus est دير العاقول prope ripam Tigridis non multum a Bagdade. دير العاقول من مدائن كسرى والنعمانيّه على شاطى دجلة كان واما الآن فقد بعدت دجلة عنه وكان عنده بلد عامر واسواق ايّام عمارة النهروان واظنّه من شرقيّ دجلة Marâṣid III p. 435. Qâmûs s. v. دير عاقول mox نهروان قضا سنده بر بلده در وموصل قضا سنده بر قريه آديدر. Hoc oppidulum fuisse conicio ubi Bacchus aliique sedebant episcopi. Quae opinio quodammodo affirmatur, quod eidem episcopi postea dioecesin bipertitam ܬܠ ܥܦܪ Tel ʿafar et ܐܒܘ ܡܪܝܗ Abû marjah atque ܒܠܕ Balad et ܕܝܪܐ ܕܡܥܠܩ Dairâ d muʿallaq, loca illa quidem in septentrionali magis parte Mesopotamiae sita occupabant[72].

62) Ass. I p. 167, male versum جاورجى الشعوب الاسلاميه. 63) Ass. II, 160. I, 469ᵇ. 64) ibd. I. 494ᵇ. 65) Lagard. anal. Syr. 108. 66) Elias Nisibenus ap. Land. Anecd. I p. 47, 3. 67) cf. adn. 53 et 55. 68) Ass. II. s. v. Arabia et Hirta. cf. ibd. p. 459 adn. 69) cf. 68 et Barhebr. ap. Ass. II p. 419. 70) ibd p. 430, X. 71) cf. 70 et ibd. II p. 105. 72) Ass. II s. v. Arabia.

b. ܬܢܘܟ̈ܝܐ تنوخ in testim. 5. notissima gens, Θανουῖται, Θανουῆται Θανῖται apud Ptolemaeum[73], christiani عباد الله[74]. De scenitis Barhebraeus[75] ܬܢܘܟ̈ܝܐ ܕܫܪ̈ܝܢ ܚܠܒ ܚܕܪ̈ܝܢ ܗܘܘ ܡܫܟܢ̈ܝܐ anno 770 Chr. et[76] ܬܢܘ̈ܟܝܐ ܕܫܪܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܢܗܪܐ ܡܩܒܠ ܒܚܠܒ anno 813 Chr.

c. ܠܘܚ̈ܝܐ in testim. 5, alioquin, quod sciam, inauditi[77].

d. ܡܥܕ̈ܝܐ in testim. 6. معدية. Ab ʿHirta austrum et orientem versus vagabantur iam a. 524 Chr. secundum Shemʿôn d beiϑ arsham[78]. Anno 772 cum ܬܥܠܒ̈ܝܐ تَغْلَب usque ad Mosul pertinebant.

e. ܬܓܠܒ̈ܝܐ, تَغْلَب (sic), secundum Barhebraeum in vita Mârûϑae[79]: ܠܛܝ̈ܐ ܡܫܬܡܗ̈ܝܐ ܕܗܘܢ ܬܓܠܒ̈ܝܐ ܡܥܠܝ̈ ܡܥܕ̈ܝܐ. Eorum dux ܡܘܣܪ Barhebr. chron. 118, 1. cf. 120, 9. 90, 3. 93, 8. Adparet igitur episcopo ʿHirtae rem plerumque fuisse cum Arabibus scenitis.

Nomen Georgi apud Syros pronuntiabatur Gîvargîs instar Γεώργις[80]; dein brevius ܓܘܪܓܝ ܓܝܘܪܓܝ ܓܐܘܪܓܝ gevárgî sive gîvärgî, cf. genetivos Αὐρῆλι Ἰούλι Γάϊ[81].

§ 5. Quod attinet ad Georgi scripta, ea laudantur a Bar ṣlîβâ[82] [ca. a. 1192]. Sunt *commentarius ad Matthaeum*[83], *commentarii* laudati a Barhebraeo in horreo mysteriorum, *canones* in Barhebraei libro directionum[84], cf. cod. Berol. Peterm.; *chronicon* in 24 capp.[85], quod ipse significat in Lagard. anal. Syr. p. 115, 19. Cf. *tabula de noviluniis* in catal. codd. bibl. Vatic. II p. 402, cod. *LXVIII*; *sermo de chrismate*, in schedis Renaudotianis in bibl. maxim. Paris[86]. *Responsa* ad novem quaestiones a presbytero Iesu incluso propositas edita Lagardio[87]. *Hexaemero*, quod Iacobus Edessenus sex libris inceperat, finem imposuit, librum *septimum* addens[88]. Optimum autem Georgiani nominis monumentum *versio* est *organi Aristotelei* in mus. Britannici cod. 14659 servata. Eo codice secundum literas a Wrightio ad me datas continentur

73) geogr. VI, 7, 23. cl. 21. 74) Wuestenfeld, Register zu den geneal. Tabellen der arab. Stämme 1853 p. 444. Abulfed. hist. anteisl. ed. Fleischer p. 184 l. 12. Al-Beladsori ed. de Goeje, 1866 p. 164. 144. 75) Chron. p. 133, 6. 76) ibd. p. 144, 3 inf. sqq. 77) Lagarde, Gesamm. Abhandl. p. 142, 6. 78) Ass. II p 364, 365. cf. ibd. adn. I. 79) ibd. 419b. 80) Cf. Mullach, Gramm. der griech. Vulgärsprache 1856 p. 173 b, a. 81) l. l. p. 25 med. 82) ap. Ass. II p. 158 (in cod. Vat. 33. 34. 35). 83) Id. I p. 494. 469b. II p. 160. 84) Ibd. I p. 300. 85) Ibd. I p. 495. 86 Renan, De phil. ap. Syr. perip. p. 33 a 3. 87) in anal. Syr. p. 108. Ibi in computatione p. 111 excidit paene versus. 88) Land, Anecdot. I. p. 4. Cod. Syr. bibl. Lugdun. Bat. 66, f. 79r.

versiones categoriarum, libri perihermenias [f. 68ʳ — 83ʳ], analyticorum priorum, haec quidem duobus libris secundum E. Renan, Iourn. asiat. t. 19, 1852. Analytica priora igitur esse tota versa animadvertendum erat; nam, quod iam Renan alio loco monebat, et ego comperi, eius libri plus septem prima capita vertere veteres non solebant. Cuius rei caussam quandam tradunt Arabes, quam mox leges in Steinschneideri de Farâbensi commentatione.

DE BAZVADE.

Huius scriptoris, quem saepius supra laudabam, notitiam duxi e cod. bibl. Berol. Peterm. 9 f. 184ʳ usque ad f. 207ʳ, quibus continetur *liber definitionum* ܡܐܡܪܐ ܕܐܒܐ ܦܘܫܩ ܬܘܚܡܐ ܕܐܒܐ ܥܠ ܐܦܝ . Subscribitur enim (sic) ܫܠܡ .. ܟܬܒܐ ܕܬܘܚܡܐ ܕܐܒܐ ܠܐܒܐ ܪܒܐ ܒܙܘܕ ܒܕܘܩܐ etc. Nomen igitur est Aβâ, vel potius secundum illam scriptionem Abbâ, rabbâ βâzvâδ bâδûqâ (logicus). Bâzvâδ scripsi auctore Roedigero, qui eum in Barbahlûli lexico laudatum esse retulit. Reiciat igitur hanc scriptionem, quem certa argumenta ad diversam sententiam adduxerint.

In praefatione, quam praemisit, librum domino cuidam nobili atque diviti, a quo iussus erat talem laborem suscipere, ornato genere dicendi verecunde dedicat. Ille vir cuius se etiam doctorem profitetur magnus atque regiis implicitus negotiis erat, et, ut videtur, laicus christianus. Documento haec sint: f. 184ʳ ܐܡܪܐ ܕܢܣܝܡ ܠܢܦܫܐ ܥܢܝܘܬܐ ܕܐܝܬܘܗܝ. ܕܓܕ ܢܩܫܬ ܠܟ ܩܘܫܬܐ ܡܫܟܚܬܐ : ܡܢ ܐܠܠܐ ܕܡ ܟܘܬܪܐ ܘܐܢܫܐ ܥܡ ܥܘܩܐ ܡܫܒܚܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܡܠܟܐ : ܘܡܠܟܘܬܢ ܐܠܝܢ ܕܡܫܬܥܢܝܢ ܠܐܢܫܐ ܕܡܫܟܚܢܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܐܝܬܘܗܝܢ . ܐܠܐ ܘܠܐ ܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܥܒܝܕܬ ܠܡܦܠܦܠܘ ܡܢ ܢܦܫܟ ܗܪܓܐ ܕܡܫܟܚܢܘܬܐ ܘܡܠܦܢܘܬܐ 184ᵛ ܘܚܘܒܐ ܕܝܕܥܬܐ . *Non aliter atque animum sincerum ingenuitatis tuae cernimus: ut, contingentibus tibi rebus plurimis, maxime autem divitiis atque honore cum crebris molestiis propter negotia regia, vel etiam in omnibus eis quae aliis videntur doctrinae impedimenta esse, tamen ne unum quidem eorum potuerit exstirpare ex animo tuo meditationem in sapientiam et doctrinam directam, atque amorem scientiae.* Christianum illum fuisse, patet et ex eo quod coram eo scriptor ܒܥܘܕܪܢܗ ܕܡܪܢ et ܒܫܘܒܚܗ ܕܡܪܢ prae se fert, et e locis, quos iam sumus propositur̄i. De rege, utrum islamiticus fuerit an christianus, statuere nihil ausim.

Bâzvâδ ipse Nestorianus fuit. V. f. 197ᵛ, 11 s. v. ܩܢܘܡܐ ubi in monophysitas et orthodoxos invehitur: ܕܠܚܬܘܢ ܐܪܐ ܗܪܛܝܩܘ : ܕܡܘܕܝܢ ܒܡܫܝܚܐ ܡܪܢ ܚܕ ܟܝܢܐ ܘܚܕ ܩܢܘܡܐ : ܟܕ ܚܠܝܦ ܗܘ . ܕܦܫܛ ܗܘ ܗܘ ܕܦܫܛ ܐܝ̈ܕܘܗܝ ܒܙܩܝܦܐ : ܡܢ ܗܘ ܕܐܩܝܡܗ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝ̈ܬܐ . ܕܠܚܬܘܢ ܬܘܒ ܐܦ ܦܘܡ̈ܐ ܟܠܩܕܘܢܝ̈ܐ ܗܢܘܢ ܕܒܫܢܝܘܬܗܘܢ ܬܪܝܢ ܟܝ̈ܢܝܢ ܒܚܕ ܩܢܘܡܐ ܡܘܕܝܢ . ܗܝ ܕܠܐ ܡܨܝܐ . . *Perturbati igitur estis haeretici, qui in domino nostro Messia unam naturam et unam substantiam profitemini, cum adpareat, diversum esse eum, qui manus suas in cruce pandit ab illo qui eum surrigere fecit e domo mortuorum. Perturbati estis iterum etiam ora Chalcedonensia ista, quae in insania vestra duas naturas in una substantia profitemini. Id quod fieri nequit.*

Eum ad tempora islamitica pertinere, cum illud arguit quod non numquam terminos Arabicos profert, ut s. v. ܐܣܛܘܟܣܐ[89]: ܠܒܝܐܬ (شَكْل) ܫܟ̈ܠ ܡܬܐܡܪܝܢ et ܐܚ̈ܠܛܠ, أَخْلَاط, χυμοί et ܘܐܝܟ ܚܠܛ = خِلْط واحد[90], tum vero quod laudat Theodorum bar χônī, qui circa a. Chr. 893 Lâshûmae episcopus factus est[91]. Locus est s. v. ܪܘܫܥܐ[92] hic: ܪܘܫܥܐ ܐܝܬܘܗܝ . ܒܦܟܝܗܘܬܐ ܕܒܐܠܗܐ . ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܕܒܝܬ ܐܪܝܘܣ ܪܫܝܥ ܪ̈ܫܝܥܐ ∴ ܘܐܦܘܠܝܢܪܝܣ ܘܦܘܠܐ ܫܡܝܫܛܝܐ ∴ ܘܩܘܪܝܠܘܣ ܡܨܪܝܐ ܘܚܒܪ̈ܝܗܘܢ ∴ ܗܢܘܢ ܕܐܣܟܠܘ ܒܣܒܪܐ ܬܡܝܗܐ ܕܚܕܘܬܐ ܢܛܘܪ ܥܠܡ̈ܐ ∴ ܐܘ ܐܝܟ ܗܢܘܢ ܕܩܕܡ ܗܠܝܢ . ܗ̄ . ܡܐܢܝ . ܘܒܪܕܝܨܢ ܘܡܪܩܝܘܢ ∴ ܕܡܟܠܡ ܗܘܘ ܐܠܗ̈ܐ ܬܪܝܢ ܘܬܠܬܐ ܘܝܬܝܪ . ܐܝܟ ܕܡܚܘܐ ܡܪܝ ܬܐܕܘܪܘܣ ܚܕ ܡܢ ܡܠܦ̈ܢܐ : ܒܟܬܒܐ ܗܘ ܕܐܣܟܘܠܝܘܢ . *Nefas est insipide agere in Deum. Ut isti e secta Ari omnium maxime nefarii, et Apollinares et Paulus Samosatenus et Cyrillus Aegyptius et socii eorum; illi qui deliquerunt in nuntium admirabilem gaudi servantis mundos. Vel ut qui ante hos fuerunt, sc. Mâni, Bardaiṣân, Marcion, qui comminiscebantur deos duos et tres et insuper; ut demonstrat Mar Theodorus, quidam e doctoribus in libro inscripto ‚scholion'*[93]. Aetas igitur Bazvâdis fuit circiter inter annos 900 et 1259 quo anno codex noster scriptus est. Laudatur denique ab eo Isʿhaq Ninivita ita ܐܝܟ ܕܚܘܝ ܐܠܗܐ ܒܪܢܫܐ ∴ ܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܫܡܫܢܐ ܕܩܕ̈ܝܫܐ ∴ ܒܟܦܠܐܘܢ ܕܬܪܝܢ ܕܒܟܬܒܐ ܗܘ ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ . *Ut monstravit deum hominem Mar isʿhaq sanctorum minister in capite II, in libro ‚Regiminis.'*

89) f. 197ᵛ, 9 inf. 90) f. 196ᵛ, 10 inf. 5 inf. 91) Ass. II p. 440. 92) fol. 204ᵛ, 12 sq. 93) Cf. ʿAβdjeshûʿ ap. Ass. II, 1 p. 198.

Liber autem, quem composuit, *definitionum*, sicut etiam in praefatione dicit, cum terminorum logicorum definitiones et divisiones continet, tum vero etiam aliarum rerum theologicarum et medicarum. Termini nec secundum literarum elementa, nec ullum alium ordinem certum semet sequuntur, sed descendit fere scriptor ab universis ad singula. Etiamsi in praefatione conticuisset, adpareret tamen e libro, veterum philosophorum Syriacorum libros eum excerpsisse. Ita e Probo sumpsit plura; Porphyri autem versione usus est diversa ab ea quam praebet idem codex Pet. 9. f. 8ᵛ sq., ut Isag. ap. Br 3ᵇ 26 *Διαφορά ἐστιν ᾗ περισσεύει τὸ εἶδος τοῦ γένους* Bâzvâð[94] praebet ܦܘܠܫܐ ܐܝܬܘܗ̇ܝ. ܗܘ̇ ܗܘ ܕܝܬܝܪ ܒܗ ܐܕܫܐ ܠܓܢܣܐ, anonymus autem ille[95] ܗܘ̇ ܕܡܬܝܬܪ ܒܗ ܐܕܫܐ ܡܢ ܓܢܣܐ. Quin etiam eam versionem, qua Bâzvâð utebatur, altera serioris aetatis fuisse puto e duabus caussis. Primo, quod terminorum isagogicorum inventio atque formatio apud Bazvadem copiosior cernitur; deinde autem quod loco Br 4ᵃ 2, pro *οἱ θεοί* Bâzvâð[96], ut والملايكه Arabica versio eiusdem codicis f. 65ᵛ, ܡܠܐ̈ܟܐ legit, cum illa versio[97] ܘܐܠܗܐ praebeat[98].

De nomine ܒܙܘܕ conicio, id idem esse atque ܐܒܙܘܕ[99], ut ܦܪܗܐܕ et فريدون idem atque ܐܦܪܗܘܢ et افريدون; veriusne autem pro illo Abzwâð scribam an pro hoc Bâzûð, aeque nescio.

94) fol. 189ʳ inf, cf. etiam 189ᵛ cum Graecis. 95) fol. 20ᵛ. 96) f 189ᵛ 10 sed 11 ܐܠܗܐ adpellatur. 97) f. 22ʳ. 98) Ubicunque enim in isagoge Porphyri apud Brandisium [et in Ammoni editione Veneta] ἀγγέλου nomen reperitur, genuinum fuisse θεοῦ, versio Syriaca probe demonstrat, ubique ܐܠܗܐ praebens e. gr. Br 5ᵇ 19 οὐκ ἀνῄρηκε τὸ λογικόν, ὄντος τοῦ ἀγγέλου fol. 34ʳ ܠܐ ܐܘܒܕ ܒܗ ܠܡܠܝܠܘܬܐ ܗܘ̣ ܕܐܠܗܐ (sic aliter legens). Br 5ᵇ 30 ἐπὶ ἀγγέλου Syr f. 40ʳ ܘܥܠ ܐܠܗܐ; item Br 5ᵇ 38 Syr 40ʳ ܘܠܐܠܗܐ. Offensi enim tali exemplo scriptores Graeci christiani pro deo angelos substituerunt, ut Arabs fecit christianus loco supra laudato et Br 3ᵇ 17 f. 64ʳ للملاك مقومان Syr f. 20ʳ ܕܐܠ̈ܗܐ. 99) ʿAβdjeshûʿ ap. Ass. III, 1 p. 261 cap. CLXXIX.

GLOSSARIUM.

. ܐ .

الابنوس ἴβενος I 6b 15 f 68r.

ܐܕܫܢܐܝܬ = ܕܝܠܢܝܘܬܐ f 183v, falso pro τὸ ἰδιαίτερον*), *proprium* (dicendi genus) cf Lexicon ling. Syr. ed. G. H. Bernstein, Berol. 1857 p 37.

ܐܕܫܐ âδshâ, sed adshâ ap. Bar ʿalî cod. Goth. 1691a f 11v, εἶδος saepe. Ex Gr. factum esse, mihi nullo modo persuadeo. Ut ex εἰκών juqnâ, exspectarem judshâ, et ne jidshâ quidem exstat. Etiam quin ܡܓܘܫܐ e μάγος sit, dubito; et secundum hoc formaretur ܐܕܘܫܐ. Σ = ܓܢܣ novi tantum A 27a 18 etc, ubi 27a 6 Ξ = ܓܢܣܘܬܐ. Posteriores ܐܝܕܘܣ scripsere. Bernst., Lex. Syr. 1857 p. 45. Cf de Lagarde Ges. Abhandl. 159, 14, sed cl. 68, 5. 14, 3. Id vero certum puto: adshâ = fructus, Semiticae originis est. cf. Bernst. lex. ad. chrest. Kirsch. p 5a contra eund. Lex. Syr. 1857 p 45. — 1) sensu Aristotelico, *species* e. gr. ܐܕܫܐ I 1a 9 f 8v; ܒܪ ܐܕܫܐ = eiusdem speciei B 202r 2; ܕܒܪ ܐܕܫܘܬܐ ܐܕܫܗ quod ad eandem speciem refertur B 197v 11; ܐܕܫ ܐܕܫܝܢ âδesh âδshîn B 188v 9 etc. εἰδικώτατον نوع الانواع I 2a 3 f 57v; plur: انواع انواع I 2a 6 cf s. v. ܐܝܕܝܐ 2) sensu primitivo et Platonico εἶδος = ἰδέα الصورة tribus relationibus a) ܠܘܬ ܬܪܥܝܬܐ idea penes deum νοούμενον b) ܘܒܗ ܒܡܪܓܫܢܘܬܐ ἐν τῷ τινί, αἰσθανόμενον c) ܘܒܥܘܗܕܢܐ ܗܘ ܕܝܕܥ ܐܘܟܝܬ ܕܝܕܥ ܗܘ ܠܗ. (καὶ ἐν ἀναμνήσει τοῦ ἰδόντος ἤτοι ἐπισταμένου αὐτό) (τὸ τόδε τι). S 84v 6.

ܝܬܝܪ ܐܕܫܢܝܐ jatîr âδshânâj εἰδικώτατον نوع انواع I 2a 3 f 11r 57v; I 2a 17 f 73r; ܕܝܬܝܪ ܐܕܫܢܝܐ I 2a 9, 10. f 11v; نوع الانواع f 58r rarius: ܗܘ ܕܠܐ ܐܕܫܢܝܐ f 16r. Plur: ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܝܬܝܪ ܐܕܫܢܝܐ τῶν μὴ εἰδικωτάτων I 2a 4 f 11r ܕܝܬܝܪ ܐܕܫܢܝܐ I 2b 13 f 14v et ibd: ܐܕܫܢܝܐ. Cf s. v. ܠܚܘܕܝܐ. — ܐܕܫܢܝܘܬܐ B 188r τὸ εἰδικόν i. e. id quod in species dividi potest, opp: ܐܘܣܝܐ = res singula sensibilis.

ܐܘܟܝܬ seq. ܐܘ = ἤτοι — ἤ p 33, 15, cf s. v. ܟܝܬ.

ܐܘܢ ὄν p 78, 17 cl 102.

ܐܘܦܘܩܝܡܢܘܢ ὑποκείμενον p 39, 15.

ܐܘܦܪܕܘܟܣܘܢ, ܕܠܒܪ ∴ ܗ (ܡܫܘܒܚܘܬܐ) ∴ ܡܫܘܒܚܐ f 184r ὑπέρδοξον.

ܐܘܪܓܢܘܢ ὄργανον p 27, 18. الآلة p 58, 10; p 79, 30. 33; B def 198r 4 diversum a μέσῳ.

ܐܘܣܝܐ οὐσία saepe = ܐܝܬܘܬܐ et ܟܝܢܐ B 190r med; ܐܘܣܝܣ ܩܕܡܝܬܐ αἱ πρῶται οὐσίαι p 53, 9 etc. ܫܘܠܡܐ ܐܘ ܐܘܣܝܐ (ἀποτέλεσις

*) Syllaba finalis ûθâ neutrum adiectivorum Graecorum tamquam substantivum abstractum sexcenties exprimit. Exempla passim in glossario.

οὐσιώδης) B 201ʳ; ܐܘܣܝܐܝܬ = καθ' ἑαυτά = οὐσιωδῶς p 45, 2.

ܐܬܐ âthâ σημεῖον p 18 § 4; p 23, 18. 25, 16. Translatores eo saepe promiscue utuntur cum ܪܘܫܡܐ, sed B def 201ʳ 3 inf distinguit ambo.

ܐܚܝܢܐ ἀγχιστεύς I 1ª 29 f 9ᵛ = قرابات f 55ʳ; ܐܚܝܢܘܬܐ σχέσις نسبة I 1ª 19 f 9ʳ f 61ᵛ; I 2ª 32 f 73ᵛ f 59ʳ; I 2ª 32 f 13ʳ f 59ʳ;

ܐܚܝܕ περιέχει I 4ᵇ 39 f 28ᵛ; ibd mox ܐܚܝܕܝܢ, ܡܬܐܚܕܝܢ.

ܐܚܝܕ يحوى περιέχει I 1ᵇ 33 f 12ᵛ f 57ᵛ; ܐܚܝܕܝܢ περιέχοντα I 4ª 47 f 26ʳ. — ܐܚܝܕܘܬܐ τὸ περιεκτικόν I 4ᵇ 1 f 26ᵛ; περιοχή I 4ᵇ 46 f 30ʳ.

ܐܚܝܕܐ scil. ܚܫܐ in corpore B 206ʳ 6 inf, cf s. v. ܚܫܐ.

ܐܚܝܕܬܐ aenigma, ܕܐܚܝܕܐ ܡܬܠܐ ܠܚܫܚܬܐ ܕܠܐ ܡܬܚܫܚܬ (detinet) (sic) ܡܢ ܡܬܪܓܡܢܐ ܡܬܚܫܚܬ B 205ᵛ 18.

ܡܬܚܫܚܢܘܬܐ συστολή p 71, 12.

ܐܚܪܝܐ ἔσχατος والنوع الأخير I 2ª 29 f 73ᵛ f 58ᵛ, 10; ܐܚܪܝܘܬܐ opp: ܩܕܡܝܘܬܐ τὸ ὕστερον B 193ᵛ med.

ܐܚܪܢܐ 1) saepe = τὶς etc. cf x p 25, 22 ubi w p 24, 25 ܡܕܡ Geop 8, 18 (II, 21, 5); p 85, 1. — 2) ἄλλος, ἕτερος ܐܚܪܢܝܢ ܡܕܡ p 74, 19. ܐܚܪܢܝܬܐ ἄλλα p 24, 14; 25, 11; αἱ δ' ἄλλαι I 2ᵇ 4 ubi الصفتان الاخرتان prim man f 57ᵛ pro الأخريان v. Al-Mufaṣṣal ed Broch p 103, 8. ἄλλα = أخر I 2ª 7 f 58ʳ. Syr. 11ᵛ. — ܗܘ ܐܚܪܢܐ θάτερον p 36, 11 etc مخالف C p 1.

ܐܚܪܢܝܐ ἀλλοῖον opp: ܐܚܪܢܐ ἄλλο ut غير opp: آخر I 3ª 24. 25 f 17ᵛ f 62ᵛ etc. — ܐܚܪܢܝܘܬܐ ἑτερότης غيرية I 3ª 13 f 17ʳ f 62ʳ; I 3ª 32 f 18ʳ f 63ʳ;

ܐܚܪܢܝܐܝܬ (ἀλλοίως) p 7 lin. 3 inf Geop. 23, 18 (X, 21, 1) etc.

ܐܚܪܢܐܝܬ ἄλλως sic p 67, 12. — Idem p 39, 15 ubi delenda adn. 37. Adverbium explica, ut p 7, 23.

ܐܛܘܡܐ ἄτομα p 82, 1 ܠܐ ∴ ܡ̄ ܡܬܦܠܓܢܘܬܐ f 183ʳ cf s. v. ܦܠܓ.

ܐܝܬܐ εἶτα p 26, 23 cl. p 18 inf. Lagardii anal. Syr. p 129, 25 = îta apud Urmijenses, Nöldeke Gramm. d. neusyr. Spr. p 380.

ܐܝܟ pronuntiatur hodie āʿh in safraitâ a diaconis Urmijensibus; sed in Tjârĕtʿhûma et Gjâwär âʿh dâʿh. 1) κατά ܐܝܟ ܙܒܢܐ κατὰ χρόνον w p 22, 22; 24, 14. — 2) cum ܐܝܢܐ sive cum ܐܝܟܢܐ a) ܐܝܟ ܐܝܢܐ = οἷον b) ܐܝܟ ܕܐ ܐܝܢܐ idem p 24, 16. 25, 12 ܕܐܝܟ ܐܝܟܢܐ Bar daiṣân ap. Lagard. anal. Syr. p 114, 27. Itaque ܕܐܝܟ ܐܝܟܢܐ in oratione obliqua ποίως p 82, 23; οἷον = مثال ذلك p 56, 2. قلت كأنك p 57, 8 ܕܐܝܟ ܐܝܢܐ ὅπως (oblique) p 43, 19. — 3) ܕܐܝܟ cum interrogativo ܐܝܢܐ = ποῖος etc ܕܐܝܟ ܐܝܢܐ ܟܘܫܝܐ (oblique) ποῖος ὁ Αἰθίοψ I 5ª 30 f 32ʳ; ܕܐܝܟ ܐܝܢܐ ܚܝܘܬܐ ποῖον ζῷον B 189ᵛ 7 I 3ᵇ 37; ܕܐܝܟ ܐܝܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܢܫܐ ποῖόν τι ἐστὶν ὁ ἄνθρ. اى حيوان هو I 1ᵇ 23 f 12ʳ; sed mox I 1ᵇ 24 ܕܐܝܟ ܐܝܢܐ ܡܕܡ; ܒܗܝ ܕܐܝܟ ܐܝܢܐ ἐν τῷ ποῖόν τι ἐστί من طريق اى شىء هو I 1ᵇ 32 f 12ᵛ f 57ᵛ; cf s. v. ܐܝܢܐ 4) ܐܝܟ sive ܕܐܝܟ cum demonstrativo, τοιοῦτος etc. ܡܕܡ ܕܐܝܟ ܗܢܐ p 27, 28 ܡܛܠ

ܕܐܝܟ ܗܕܐ B p 128 adn 85 ܗܕܐ ܕܐܝܟ ܗܟܢ τοιαύτη Geop. p 26, 14 (V, 1, 2) ܗܠܝܢ ܕܐܝܟ ܗܟܢ τὰ τοιαῦτα I 2ᵇ 48 f 16ᵛ ܡܕܡ ܐܝܟܢܝܐ ܕܐܝܟ ܗܟܢܐ S 86ᵛ 5. 11. etc.

ܐܝܟ ܕܐܝܟܢܐ ܕ vel ܐܝܟ ܐܝܢܐ ܕ οἷον saepe apud x p 18, § 4; ὥσπερ p 22, 13; 23, 11 etc. — ܐܝܟ ܡܐ ܕ B p 128 adn. 85.

ܐܦܣܘܣܐ 1) προσ- in composs. Grr: προσκατηγορεῖται ܐܦܣܘܣܐ ܡܬܬܟܠܐ p 38, 8 p 89, 25 etc. A 25ᵇ 22 f 106ʳ. opp: ܡܬܟܠܐ ܒܬܪܟܢ saepius. — προσσημαίνει ܐܦܣܘܣܐ ܡܣܡܢܐ x p 25, 15 etc. cf p 18 inf cf Arab p 57, 4. 58, 3. — 2) συν in σύνεγγυς p 18 inf.

ܐܦܣܘܣܝܐ B def 204ʳ 4 ܡܠܟܐ ܕܢܓܘܢ ܕܡܣܘܣܝܬܐ ܠܡܕܡ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܒܚܠܝܩܘܬܗ ܕܝܠܗ. (ἴσος par identisch).

ܐܝܟܐ ποῦ categoria quinta ap. S 85ʳ, 5 أَيْنَ C p 5, 14 text. Ar. etc.

ܐܟܢ âkʲan (ut hâʿhan) Geop p 19, 4 (III, 12, 1) et ܐܟܢܢܐ âkʲannâ (ut hâʿhannâ ܗܟܢܐ) 1) ܐܟܢܢܐ ܐܝܬ ܠܗ πῶς ἔχον ἐστί كَيْفَ حالُكَ I 1ᵇ 32 f 12ᵛ f 57ᵛ; I 5ᵃ 29 f 32ʳ; sed I 5ᵃ 30 f 32ʳ idem = ܕܐܝܟ ܐܟܢܢܐ ܐܝܬ ܠܗ 2) = ὥσπερ p 23, 6.

ܐܟܢܝܘܬܐ B def 198ᵛ 1 τὸ ποιόν (ποιότης) كَيْفَ sive الكَيْف C p 5, 13 text. Ar. (20, 2).

ܐܝܢܐ , ܐܝܢܐ 1) format ap. w οἷον v. p 18 § 4 med cf p 24, 23. ܐܝܢܐ et ܐܝܢܐ nescio quo differant p 29, 9. 10. — 2) ܘܐܝܢܐ καὶ ποῖος A 24ᵃ 12 f 104ʳ saep. ܒܗܘ ܕܐܝܢܐ ܡܕܡ ἐν τῷ ποῖόν ἐστιν I 1ᵇ 19 f 12ʳ; + ܐܝܬܝܗܘܢ من طَرِيق أيّ شيءٍ I 1ᵇ 5 21 f 12ʳ f 56ᵛ cf s. v. ܐܝܟ 3) ܐܝܢܐ ܕ ὁπότερος p 33, 21. 34, 1. 10. cf s. v. ܗܘ.

ܐܝܟ ܐܝܢܐ . ܐܝܢܐ ὡς ποιόν τι, om τὶ I 5ᵇ 12 f 33ᵛ ܐܝܢܝܘܬܐ ποιότης طبيعة I 3ᵇ 22 f 17ᵛ f 62ᵛ; S 85ʳ 5 (IV categoria).

ܐܝܣܓܘܓܝ εἰσαγωγή B 187ᵛ med ܐܝܣܓܘܓܐ B 188ᵛ 10 inf.*

ܐܝܬ ut substantivum: ܗܘ ܕܐܝܬ ܡܚܘܬܐ ܕܡܬܝܕܥܐ ,esse utique' etc. p 73, 29. 31. ܥܠ ܐܬܘܬܐ ܕܐܝܬ p 65, 31 cf p 21 inf, p 140 adn. 164. ܒܟܠ ܕܘܟܐ ܕܐܝܬ Geop p 35, 15 (V, 21, 3); ܗܘܐ ܕܐܝܬ ἅπερ ἦν التي هي I 2ᵇ 14 f 14ᵛ f 60ᵛ; ܘܐܝܬ ܐܝܟܐ (καὶ ἔστιν ὅπου) Geop p 38, 4 (differt Gr V, 27, 2); ܐܝܬ εἶναι p 23, 19; ܐܝܬܝܗܘܢ = τὸ ἔχειν categoria B 190ᵛ ܠܡܕܡ et ܒܡܕܡ ; ܕܐܝܬ idem S 85ʳ, 6 أنْ يكون لهُ C p 5, 15 text. Ar. (20, 3); ܐܝܬ ܠܗ p 74, 7; cum ܠ est ἔχει = *habet* et *se habet* ܐܝܬ ܠܗܘܢ = ἔχουσι *se habent* sic persaepe cf p 35, 11. 16; 36, 25 ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ εἶχεν p 35, 15 cet. = لَيْسَتْ الحال كالحال p 56, 8 9. cf s. v. ܗܘܐ . Cuius lâmaδ originem e sermone obsoleto et vulgari duxit Barʿalî, (cod. Goth. 1691ᵃ f23ᵛ) ܐܝܬܝܗܘܢ ܠܟܠ [sic leg] ܣܠܩ ܐܝܬܝܗ ܥܠ ܠܡܕܡ. ܟܕ ܢܩܪ

*) Si scribebatur ܘ pro Graeco α in ܐܝܣܓܘܓܝ cf ܐܦܘܠܘܓܝܐ p 39, 5 ܣܘܦܩܠܘܣ p 80, 34 aliis, id factum est secundum pronuntiationem, pendentem ex eadem lege vocalium praeponderantium, quae notissima est in linguis turcicis. Cf de Lagarde, Reliq. iur. eccles. Graece p 96, 3. Et fortasse iam Graece obtinuit ἰσογώγι?

ܫܪܝܪܬܐ. ܗܝ ܐܠܐ ܐܒܝܬ ܗܘܝܐ ܟܢܘܫܐ ܠܐܢܫܝܢ ܡܢ ܡܫܡܫܢܐ ܕܩܘܣܘܣܗ ܘܐܦ ܗܕܐ ܡܬܩܘܣܝܢ ܠܗ. ܗܠܝܢ ܕܡܬܐܡܪܢ ܡܬܩܠܝܢ. ܐܝܬܘܗܝ ἔστιν p 74, 8. 25; ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ p 22, 21 = موجود p 56, 5 τὸ εἶναι; الموجودات τὰ ὄντα C 4, 4; ܗܘ ܕܐܝܬܘܗ τὸ εἶναι saepe p 36, 1 cf قوامه C p 4, 8 t. A. (17, 6); ܐܝܬܘܗܝ ὑπάρχει B 198ʳ 5 cf يَلْحَقُ p 55, 14 موجود ὑπάρχον C 4, 8; ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ἦν p 27, 27 قد كان من قبل p 59, 3; p 74, 8 cet; sed idem = ἐστί x p 27, 16 ubi w ܗܘܐ om, et p 85, 25. 26 cf adn 149. ܗܘܐ nomini ܐܝܬܘܗܝ semper postponitur. Praecedunt fere ܢܗܘܐ et ܗܘܐ; ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ἔσται p 74, 9 cf 70, 20; p 72, 6. 15 cet. ܗܘ ܕ ܐܝܬܘܗܝ ܢܗܘܐ τὸ εἶναι p 27, 4. 77, 14; item I 4ᵃ 5 f 22ʳ (opp: τῷ τί ἦν εἶναι) = الايـنـيـة f 65ᵛ, ab أين *tempore accidere, zeitliches Dasein*, cf s. v. ܐܝܟܢ.

ܐܝܬܐ ens, de deo B 198ʳ, 13; sive ܐܝܬܝܐ ibd 14 cf. seq.

ܐܝܬܝܐܝܬ (οὐσιωδῶς) S 84ᵛ 20: ܥܠ ܐܝܬܝܐܝܬ ܐܡܪܝܢ (ܐܠܗܐ) ܗܘܐ ܕܗܠܝܢ ܥܒܕܐ. ܘܡܢܗ ܝܕܝܥܝܢ ܐܡܝܢ ܕܡܢ ܐܝܬܐ ܢܦܩܘ ܡܬܩܪܐ ܗܘܐ ܒ ܥܠܬܗ: ܘܒܗܘܢ ܗܠܝܢ ܠܒܪ ܡܢ ܟܠ ܘܐܦܢܝܢ ܠܥܠܬܐ ܗܠܝܢ ܕܠܗ: cf s. v ܥܠܬܐ.

ܐܟܝܕܢܐ ἔχιδνα Geop p 40, 15 ܒܢܝ ܐܟܝܕܢܐ B 203ᵛ 12 (Matth. 3, 7) est ܕܐܟܕܢܐ ubi vide.

ܐܟܣܝܘܡܐ ἀξίωμα = ܫܘܘܕܥܐ ܕܢܦܫܐ (hoc sensu stoico) f 183ʳ; ܐܟܣܝܘܡܐ ܕܪܘܚܐ Lag. anal. Syr. p 109, 25; ܐܟܣܝܘܡܐ ∴ ܐܟܣܝܘܡܐ ܦܘܩܕܢܐ f 183ʳ; ܐܟܣܝܘܡܛܝܩܐ ∴ ܗ̄. ܐܟܣܝܘܡܛܝܩܐ f 184ʳ = ἀξιώματα [ἀξιωμα]τικά.

ܐܟܣܢܘܣ ܐܟܣܢܝܐ p 86, 1 ἄξενος. ܒܐܟܣܢܝܘܬܐ ܘܐܟܣܢܝܐ B 202ʳ 7 inf, cf Bernst. lex. ad chrest. p 21.

ܐܠܐ ἀλλά I 1ᵇ 18 f 12ᵛ ألا f 56ᵛ cf Geop p 24, 28 (X, 38, 6 diff) ibd p 37, 23 (V, 26, 6); γάρ = alioquin Geop p 10 26, 16 (V, 1, 2) Significatio enim *nisi* devenit ad *sed*, intercedente significatu obsecrandi, ut ألا Al-mufaṣṣal p 33, 15 — ܐܠܐ ܓܝܪ (ἀλλὰ γάρ?) p 76, 7.

ܐܠܗ, ܐܠܗ ܕܐܠܐ p 39, 13 ܐܠܗ p 152 inf.

ܐܠܨܝܬܐ ܡܢ ἐξ ἀνάγκης p 47, 4. 48, 15, 17. 49, 18 cet. ܐܠܨܝܬܐ ܡܢ p 50, 13. 51, 15. 65, 31, sequentibus ܠܐ ܬܗܘܐ sive ܕܠܐ ܬܗܘܐ p 49, 17 cf ibd adn. Cf ܡܢ ܐܢܢܩܐ Hic pluralis originis Semiticae, non Graecae v. Hoffmann Gr. Syr. p. 292 inf.

ܗܘ ܐܠܨܝܐ âlsâjâ τὸ ἀναγκαῖον A 24ᵇ 24 f 104ᵛ ܐܠܨܝܐ ἀναγκαῖα 25 ibd; A 24ᵇ 22 f 104ᵛ. 27ᵃ ܐܠܨܝܬܐ idem A 24ᵇ 22 f 104ᵛ. 27ᵃ 18 f 108ʳ. 25ᵃ 38 f 105ᵛ; p 89, 5. ضرورة p 55 extr. يجب ان p 59, 1. يجب ضرورة C p 6, 10 inf t. Ar. (21, 7).

ܐܠܨܝܘܬܐ, ܒܐܠܨܝܘܬܗ ܕܐܘܣܝܐ necessitate essentiae B 195ʳ med.

ܐܘܡܘܢܘܡܘܣ p 75, 31 ὁμώνυμος.

ܐܡܝܢܐܝܬ ἀεί *usque*, دايما sive أبدا I 2ᵇ 22 f 15ᵛ f 60ᵛ.

ܐܡܝܢܘܬܐ sic, ܒܐܡܝܢܘܬ ܘܒܫܘܠܡܐ ܕܐܡܝܢܘܬܐ ܚܝܐ B 193ʳ 3. Scrib ܐܡܝܢܘܬ?

ܐܘܡܢܝܐ τεχνικός (τεχνίτης Platonice) B 192r, 7; ܐܘܡܢܐܝܬ synon: ܒܐܘܡܢܐܝܬ more artis (logicae) S 84r inf ܐܘܡܢܘܬܐ τέχνη, sensu Aristotelico p 65, 18. 21 cf p 63, 1 et not. cf صناعة

ܐܡܪ λέγει p 74, 1, saepius dicitur ܐܡܪ ܦܪܘܒܐ cum mos Semiticus ܐܡܪ postulet, cf Arab. قال in commentariis. Sed praesens e Graeco versum est. ܐܡܝܪ, ܐܡܝܪܐ εἴρηται p 23, 10. 22, 12; 39, 5. 42, 19. etc. القول قد قيل p 55, 12 Participio huic perfecti vis inest v. Nöldeke, Gramm. d. neusyr. Spr. 1868 p 219 adn.

ܡܐܡܪܐ, x et y eam sibi legem fecerunt, ut λόγος a λέγειν ductum, quia primo *orationem* significavit, per ܡܐܡܪܐ exprimerent, etiam ibi, ubi = ὅρος (cf p 84, 20) et *notio* erat. Hunc usum logicum deinceps grammatici retinebant. Contra w, cum λόγον etiam in logicis ita verteret, ut in Pshîṭâ traditum erat (v. Ioann. 1, 1), per ܡܐܡܪܐ ῥῆμα reddidit, cf p 18 § 4. — قول oratio, notio C 6, 10 inf t. Ar. (21, 7) sed 6, 4 inf حدّ cf Zenker p 22, 3 adn. الأقاويل λόγοι p 58, 13. 15. Pro ܡܠܬܐ B 192r, 8.

ܡܬܐܡܪܢܘܬܐ B 192r (τὸ λεγόμενον, λέξις) p 165, 10; saepius.

ܐܡܬܝ ποτέ S متى C p 5, 14 (20, 2); ܐܝܬ ܐܡܬܝ ܕ ἔστιν — ποτέ p 30, 10 p 75, 19. ܟܠ ܐܡܬܝ B 207r 6 inf.

ܐܢ εἰ, ἄν, ἐάν. لما p 56, 4 (antea متى) . ܘܐܢ ܕܝܢ ܠܐ والا = ἐπεί *quia alioquin* I 3b 28. 29 f 20v f 64v bis; εἰ — ἤ utrum — an ܐܢ ܐܘ p 27, 3. ܐܢ ܘܐܢ sive sive B 206r 14. 15. — ܐܢ quinquies repetitum = sive B 197v 5 cf 2 inf ܐܢ ܗ̈ܘ ܕ sive ܐܢܗ̈ܘ ܕ p 46, 29. 43, 17. = εἰ num p 51, 11. Differt ܐܠܐ ܐܢ ܗ̈ܘ ubi ܗ̈ܘ αὐτό B 199r, 10.

ܐܢܕܛܘܣ = ܡ̈ܝܐ sic f 30v; leg ܐܝܕܛܘܣ îdatos ὕδατος.

ܐܢܕܪܝܛܐ ὁ ἀνδριάς التمثال I 3b 40. 43 f 21r v f 65r ܐܢܕܪܝܛܐ B 197r 8.

ܐܢܗܝܦܘܟܝܡܢܘܢ p 127 adn. 78 ܐܢܗܦܘܩܝܡܢܘܢ p 75, 24. 30 prius secundum pronuntiationem enhîpoxîmenô; in altero ܝ de loco semotum, etiam loquentis in ore?

ܐܢܠܘܛܝܩܝ p 39, 5 b- anŭlûtiqî (cf b- tûpiqî p 43, 1) ubi ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς. ἀναλυτικὴ τοπικὴ (πραγματεία) quem fortasse singularem accepit pro ἀναλυτικά.

ܐܢܛܠܟܝܐ, ܡܫܡܠܝܘܬܐ ∴ ܗ̄ f 183r ἐντελέχεια.

ܐܢܛܝܦܐܣܝܣ ἀντίφασις p 28, 21. 29, 18 p 86, 7 etc. Glossa f 182v = ܕܠܘܩܒܠܘܬ ܒܬܬܣܝܡܘܬܐ quod proprie est ἀντίθεσις, quacum confunditur, v. p 49, 16 ibd. adn.

ܐܢܛܝܦܐܛܝܩܐܝܬ p 31, 3. 49, 11 sive ܐܢܛܝܦܐܛܝܩܐܝܬ p 32, 11 ἀντιφατικῶς.

ܐܢܛܝܦܣܛܝܩܐܝܬ p 33, 3 idem.

ܐܢܛܝܬܣܝܣ sive ܐܢܛܝܬܝܣܝܣ ἀντίθεσις p 49, 16. 48, 10.

ܡܢ ܐܢܢܩܐ ἐξ ἀνάγκης من الاضطرار I 2b 35 f 15v f 54v cet. — ܡܢ ܐܢܢܩ̈ܐ idem, sic B 190v 9 A 28a 6 f 109v 8. 29a 13 f 111r extr. De plurali cf ibd 28b 21 ܐܦܘܓܘ̈ܓܐ (ἄνευ τῆς ἀπαγωγῆς).

ܐܢܫܘܬܐ τὸ ἀνθρωπικόν Rûβîl ad cap 6 Isag. f 24r.

ܐܣܛܘܟܣܐ formâ στοῖχος, significatione στοιχεῖον Bdef 196r 3 inf, ubi: Vox Graeca quae vertitur ܝܬܐܣܬܐ

ܡܬܚܫܒܢܘܬܐ ܘܦܫ ܐܣܛܘܟܣܝܐ ܚܘܠܛܢܐ cf Arist. 1014ª 26 Waitz ad 14ª 39. 84ᵇ 21. Duabus de caussis vocatur B 196ᵛ 1.

ܐܣܛܘܟܣܝܘܕܝܣ στοιχειώδης: Animal ܕܚܝܘܬܐ ܐܣܛܘܟܣܝܘܕܝܣ ܘܐܝܬ B 195ᵛ 14. 17, nam angeli et animae (ܢܦܫܬܐ) non ܡܘܙܓܐ ܐܣܛܘܟܣܝܘܕܝܣܐ mistionibus elementaribus componuntur.

ܐܣܛܘܡܟܘܣ στόμαχος B 197ʳ 2.

ܠܐܝܬܝܐ ܬܐܡܪܬ، ܐܣܛܘܢܐ ܦܫܛ B 197ᵛ 11 inf شَكْل σχῆμα I 1ᵇ 36 f 12ᵛ f 57ᵛ.

ܐܣܦܘܓܓܐ σπόγγοι B 195ᵛ 10 alterum γ excidit, Syris consonantes duplices non fere scribentibus.

ܐܣܪܐ 1) σύνδεσμος p 27, 15 p 83, 2 الرِّبَاط p 59, 7; B 192ʳ. 2) coniunctio animi cum corpore opp: ܫܪܝܐ B 185ᵛ.

ܠܐ ܐܣܝܪܘܬܐ w p 28, 5 ἀσύνδετοι, ܕܠܐ ܐܣܝܪܝܢ x p 29, 2. مُرْتَبِط p 59, 8.

ܐܣܝܪܘܬܐ, coniunctum esse, syn: ܚܘܝܕܘܬܐ B 197ᵛ 8 inf.

ܐܦܐ, ܐܦܢܐ ܐܦ ܓܝܪ ܐܦܐ. ܢܣܒܘܢܝ B 200ᵛ 3 inf.

ܠܐܦܝ circiter, sub, ܠܐܦܝ ܫܠܘܚܐ Lag. anal. Syr. p 113, 1 ܠܐܦܝ ܥܩܪܐ πρὸς τῷ στελέχει Geop 34, 10 (V, 22, 2).

ܐܦܓܘܓܐ ἀπαγωγή. Glossa: ܐܦܓܘܓܐ = ܠܐ ܡܬܡܨܝܢܘܬܐ ἡ εἰς τὸ ἀδύνατον ἀπαγωγή v. Waitz Org. ad 29ᵇ 6, 50ª 31 cet. — ܐܦܓܓܘܓܐ ἀπαγωγῆς sic bis A 28ᵇ 21 f 110ᵛ. Cf p 156*).

ܐܦܘܕܝܩܣܝܣܐ ἀποδεῖξαι Retinebatur modus infinitus plerumque aoristi, ut cum verbo ܥܒܕ flexionem verbi suppleret. ܗܘ ܕܐ ܥܒܕ ὁ ἀποδεικνύων A 24ª 24. 26. f 104ʳ;

ܐܦܘܕܝܩܣܝܣ sed saepius ܐܦܘܕܝܩܣܝܣ ἀπόδειξις A 25ᵇ 30 f 106ʳ; 24ª 11, f 104ʳ.

ܐܦܘܕܝܩܛܝܩܝܬܐ ἀποδεικτική A 24ª 22 f 104ᵛ. 24ª 11 f 104ʳ.

ܐܦܘܦܛܝܩܝܬܐ ἀποφατικαί A 25ª 2 f 105ʳ ܐܦܘܦܛܝܩܘܣ ἀποφατικός A 24ª 16 f 104ʳ.

ܐܦܘܦܢܐ sive ܐܦܘܦܢܐܝ ἀποφάναι (cf ܐܦܘܕܝܩܣܝܣܐ) cum ܥܒܕ x p 33, 23 ܢܥܒܕ 46, 19.

ܐܦܘܦܝܣܐ ἀποφῆσαι p 29, 16. 17 ܢܥܒܕ ܐܦܘܦܝܣܐ p 87, 30. ܥܒܕ ibd 31 opp: ܩܛܐܦܝܣܐ. Revera esse infinitum Graecum neque ab ἀπόφασις ductum, testatur glossa f 183ᵛ: ܩܛܐܦܝܣܐ ∴ ܡܛܠ ܠܐܘܕܥܘܬܐ . ܐܬܬܗ cf p 40, 23.

ܐܦܘܦܣܝܣ ἀπόφασις p 29, 11 etc. sive ܐܦܘܦܣܝܣ etc etc. ܐܦܘܦܣܝܣ p 73, 35, 74, 4. ܐܦܘܦ ܐܦܘ etc.

ܐܬܦܘܦܢܝܣܬܐ ἀποφαίνεσθαι (i. e. apufänisϑä) p 29, 12. 43, 3 sive ܐܬܦܘܦܢܝܣܬܐ p 30, 7. 11 NB ܐܦܘܦܢܣܝܬܐ falsum puto p 29, 4 ܐܦܘܦܢܣܝܬܐ p 85, 27. Cum ܢܗܘܐ et ܢܥܒܕ p 29, 4, 12. cet; ܐܦܘܦܢܣܝܬܐ ܠܡܚܘܝܘ ∴ ܗ̄ ∴ f 183ʳ cf f 28ʳ 14.

ܐܦܘܦܢܛܝܩܝܬܐ ܡܠܬܐ w p 26, 24. 28; 28, 3. = ܡܦܣܩܢܝܬܐ ܐܦܘܦܢܛܝܩܘܣ x p 27, 25. 29. 32 cet ἀποφαντικός.

ܐܦܘܦܢܣܝܣ ἀπόφανσις passim.

ܐܦܘܦܢܛܝܩܘ sive ܗܦܟܣܛܝܩܘ ܦܝܠܘܣܘܦܐ ∴ f 182ᵛ. 184ʳ ἐφεκτικοί i. e. philosophi sceptici.

ܐܦܠܘܣ ἁπλῶς S f 100r 6 inf cf ܗܦܠܘܣ.

ܐܦܝܦܕܐ ἐπίπεδα plur. (geometrice) f 182v cl Arist. 5a 3. 19.

ܐܩܕܡܝܐ ἀκαδημία ܦܠܛܘܢ ܥܡ ܐܬܪܐ ܕܗܘ̈ܢܘܢ ܕܡܬ ܐܩܕܡܝܐ S 84v 5.

ܐܩܘܠܘܬܝܐ f 183v ܢܩܝܦܘܬܐ ἀκολουθία.

ܐܝܩܘܢܘܡܝܩܘܢ οἰκονομικόν ܗ̄ ܡܕܒܪܢܘܬ ܒ̈ܬܐ f 183v.

ܐܩܪܝܒܣ [ܛܪܘܢ] Geop praef. lin. 5 inf (II, 10; 7) ἀκριβέστερον.

ܐܪܐ ἄρα I 1b 33 f 12v إذَنْ f 57r, 8. τοίνυν p 50, 19; ἆρα p 41, 1. 44, 18. πότερον I 1a 10 f 8v;

ܐܪܓܝܠܐ fem ܐܪܓܝܠܬܐ sc. ܐܪܥܐ γῆ πυρρά fulva Geop praef. lin 2. (II, 9, 2) cf ἄργιλος.

ܐܪܓܘܢܐ plur. ܐܪܓܘ̈ܢܐ πορφύρα p 130, 2, cf Marc. 15, 17 pers. أرغوان cl أرجوان Gawâlîkî ed Sachau p 14, 10 Huius et praecedentis vocis prior pars mihi cum Graeco αργ — Sanscritico arć *splendere* cognata videtur.

ܐܪܝܪܐ i. e. quod οἰκείως ܒܟܝܢܐ fit B def 200r 14 opp: ܛܘܦܣܐ τύπος ubi vide.

